Statutum loci in quo ſolutio fieri debet eſt attendẽdum in his quæ ueniunt pręter naturam ex aliqua mora ibi.nu.151 101
Statutum quòd primogenitus ſuccedat ĩ certa parte non ligat forenſes ibi.nu.157 101
Statutum quòd inſtrumenta habeant executionem paratam non extenditur ad forenſes ibidem num.158 102
Statuta urbis nõ ligant curiales ibi.nu.165 103
Statutum inducens quòd præſcriptio currat contra eccleſiam minori ſpacio 40.ann. non ualet ibi.nume.200 111
Statutũ ne immobilia alienentur in extraneos comprehendit ẽt clericos ibi.nu.208 113
Statutum quod non fiant inueſtituræ ſtantibus hæredibus defuncti procedit & reſpectu bonorum eccleſiæ ibi.nu.209. 113
Statutum de præſcriptione non nocet clerico hæredi creditoris cõtra quẽ erat incœpta præſcriptio ibi.nu.210 114
Statutũ de præſcriptione non ligat fiſcum & rempublicam ibi.nu.212.& 214 115
Statutum urbis prohibens agere, non prohibet excipere ibi.nu.234 122
Statutũ de præſcriptione an comprehendat expilatores hæreditatis ibi. nu. 248.cum ſeq. 127
Statuta nõ extenduntur in illis locis ubi extat ſtatutum quod uerba debeant intelligi prout iacent ibi. nu.

nu.302 139

Statuta loquentia de poſſeſsione habent locum tãtum in poſſeſsione uera & reali glo.20. nume.10. 146

Statutum requirens cõſenſum in actu propinquorũ in actis mulierum uel minorum uerificatur tãtum in uero conſenſu & non ficto ibi.nu.11 146

Stante ſtatuto, quòd quis negligens in petendo creditum infra certum tẽpus cadat a iure ſuo tollitur obligatio ciuilis & eliditur naturalis gloſ.23. nu.6 181

Statutum urbis de præſcriptione an tollat actiones reales ibid.nume. 8.& 11. 182. 183

Stante ſtatuto, quòd bona adiudicata creditoribus mercatorum deficiẽtium ſint pleno iure poſt certũ tempus ſua & non audiatur illa repeten. poteſt excipi de non adiudicatione bonorum deficientis glo.26.nu.21 197

Statutum tollens probationem contrariam intelligitur de directo contraria ibi.nu.20 197

Statutum poteſt in ſua ciuitate, quòd ius commune glo.27.nu.2 198

Statutum poteſt derogare ſolemnitatibus & probationibus de iure ciuili ibidem nu.3 198

Statutum, quòd ſententiæ non poſsint probari per teſtes ualet ibidem.nu.4. 198

Statutum derogãs quibuſlibet priuilegiis non extẽditur ad clauſa in corpore iuris ibi.glo.28.nume. 5 200

Statutum tollens fidẽ ſcripturis priuilegiatis non extenditur ad ſcripturas priuilegiatas ex cauſa miſerationis ibi.nu.7 201

Statutum de præſcriptionibus an extendatur ad debitum iuratum gloſ.29. per totum 202

Stilus mercatorum in qua libet curia debet ſeruari glo.19.nu.171 105

Succeſſor debitoris ex delicto non poteſt p æſcribere etiam bona fide glo. 19.nu.243 125

Succeſſor expilatoris etiã poſſidens titulo non poteſt præſcribere ibidem nu.252 128

Tem-

T

Tempus præfixum a ſtatuto an ſit utile uel continuum gloſ.2. num. 19 17

Tempus appoſitum ad expirationē gratię currit de momento ad momentum glo.2.nu.20 18

Temporis mentione intelligitur in dubio de continuo glo.2.nu.22 18

Tempus ſemel interruptū an coniungatur ibi. num. 23 18

Tempus appoſitum actui qui depēdet a futuro euētu non currit pendente euētu gl.19. nu.255.129

Tempus an currat creditori reſpectu tertii poſſeſſoris antequam actū ſit con tra principalem ibi.num. 261 131

Teſtator non poteſt prohibere præſcript.glo.19.nume.75 84

Teſtator ſi mandat in teſtamento omnia debita ſolui non intelligitur de debitis præſcriptis gloſ.19. nu.101 89

Teſtator legans liberationem debitoribus ſuis non dicitur legare debitoribus actione reali glo.23. nu.10 182

Teſtis probat in cauſa ſciētiæ quia uicinus glo.7.nume.3 39

Teſtes etiam non interrogati debent reddere cām ſamæ glo.8.nu.2 40

Teſti uni atteſtanti de uſura in ſpecie magis creditur quam pluribus deponentibus de bona uita in genere gloſ.10.nu.8. fol. 25.& glo.19.nu.18 207

Teſtes inducti ad probandam poſſeſsionem debēt probare de continuatione poſſeſsionis glo.24.nume.8 187

Teſtis ſi dicat aliquid poſſediſſe a 16.ann. & citra non probat continuationem ibi.nu.9 187

Teſtis deponens de facto proprio in aliena cauſa probat glo.25.nu.18.193

Teſtibus duobus affirmantibus magis creditur quā mille negantibus ibi. nu. 13.& ſeq. 191

Titulus locationis probat poſſeſsionem inter locatores glo.21.nu.42 163

Titulus tranſactionis conti nens liberationem nō eſt ſufficiens ad præſcribendum glo.19.nu.136. 98

Tranſa-

Tranſactio non eſt modus interrūpendi præſcriptionis glo.21.nu.53 166
Tertius ſoluens ꝑ alio nō pōt allegare aliquid contra principalem creditorem glo.19.nu.240. 124
Tributum quid ſit gloſ.4. nu.1. 30
Tributum & cenſus quādo ſoluuntur in ſignum ſuperioritatis nō poſſunt præſcribi ibi.nu.2. 31
Tributum quando & qūo præſcribatur ibid. nume. 4. 31
Tributum præſcribitur cō tra principalē inferiorē ibi.nu.5 31
Item contra priuatos per decennium ibi.nu.6 31
Turpe eſt de aliqua re tractare niſi prius cognoſcatur de eius robore gloſ.1. nu.3 4

V

VErbum Romanus denotat originem & nō ciuilitatē glo.13.nu.2.43
Veriſimile nō eſt quod qs ſubijciat ſe illi iuri quod ignorat gl.19.n.160.102
Vicinus contrahens cū minore abſque ſolemnitate ſtatuti præſumitur in mala fide glo.7.nu.2 38
Vicino non competit reſtitutio ex capite ignorātiæ ibi.7 39
Victus non tenetur reficere expenſas uictori in quibus uictor ſua culpa condemnatus fuit gloſ.1.nume.13 7
Vitium reale quod dicatur glo.19.nu.247 126
Vſufructus ſi legatur cum prohibitione alienatiōis dicitur legata proprietas glo.16.nu.219 116
Vſurarius eſt infamis ipſo iure glo.5.nu.2 33
Vſuræ quando ſint licitæ ibi.nu.13 36
Vxor uiuente marito dicitur poſſidere eius bona iure familiaritatis gl.19. nu.264 131

FINIS INDICIS.

IO. BAPTISTAE BOVII IVRISCONS. REGIENSIS,

DE STATVTARIA VRBIS PRAESCRIPTIONE, TRACTATVS.

Rubr.

De creditoribus 1 *negligentibus in petendo debitum ex libro primo ſtatutorum. Cap.* CI.

SI creditor fuerit negligens 2 in petendo debitum ex cauſa mutui depoſiti, uel alicuius cuiuſcunque contractus per ſexdecim annos nō audiatur ulterius, ſed ſibi efficaciter obſtet prẹſcriptio temporis prælibati, exceptis dotibus, 3 & donationibus propter nuptias, & debitis 4 tributorũ & cenſibus cameræ urbis, & cameræ felicis ſocietatis, in quibus non obſtet præſcriptio ſupradicta. Inſtrumentis, 5 autem uſurariis, ſeu de duplo obſtet præſcriptio octo anno-

rum, & ad probandum quòd inſtrumentum ſit uſurarium, ſeu de duplo ſufficiat probatio [6] quinque teſtium, quorum duo producantur per partem, & tres ex officio iudicis uocati per eum de contratis contrahentiũ, [7] qui omnes probent & teſtificentur cum redditione cauſæ ſcientiæ, quod ſit publica uox & fama, [8] & ſic ſe habeat opinio [9] uicinorum & habitantium in contrata dicti creditoris quod dictum inſtrumentum ſit uſurarium, uel de duplo [10] & quòd tales cõtractus conſueuerint exercere, & ſimilis probatio [11] ſufficiat, quando contra inſtrumentum petitum executioni mandari uel aliter in iudicio productum proponeretur uſurarum exceptio.

Ex cap. ſubſequenti.

De eodem habentibus appodiſſas contra aliquos mortuos. [12].

ITem ſtatuimus & ordinamus, quòd ſi quis ciuis Romanus [13] habuerit in præteritum aliquam appodiſſam [14] contra aliquẽ mortuum, & poſt mortem ipſius tacuerit per annos decem, nec in publi-

cum produxerit [15] ipſam appodiſſam, nec aliquid ex ea petierit, [16] uel receperit ab hęredibus mortui, de cœtero nullatenus audiatur. [17] Et quantum ad ipſam appodiſſam ſibi ſilentium imponatur. [18] Et ſi quis proceſſus factus eſt, ex ipſa appodiſſa poſt dictos decem annos nõ ualeat, nec teneat, nec præiudicet hæredibus prædictis.

De pręſcriptione perſonalium actionum & hypotecæ, ſeu pignoris ex libro quarto ſtatutorum. *Cap.* XVIII.

STatutum contra negligentes debitum petere uim habere decernimus contra omnes creditores, [19] etiã ius hypotecæ habentes, ſi corporalem actualemque adepti non fuerint poſſeſsionem: [20] uel ſi interruptam præſcriptionem, [21] uel ſaltem de interpellatione iudiciali, [22] uel extraiudiciali per quam interrumpi huiuſmodi præſcriptionem uolumus legitimè non docuerit, & inuiolabiliter ſeruari, & ex ea præſcriptione extinctam & ſublatam eſſe actionẽ [23] ſtatuimus, & præſumptionem ſolutionis induci, quæ præſumptio iuris eſſe intelliga-

tur; 24 cui ſtetur niſi contrarium probetur per debitorem; 25 uel niſi cõtraria præſumptio 26 præponderans ac præualens deducatur ac legitimè probetur: Inſtrumenta autẽ & Codices quarumcunque rationum, 27 quibus de iure, uel ex quocunque priuilegio fides adhibetur; 28 necnon & ſcripturæ & cautiones, quæcunque etiam uiuentibus debitoribus poſt curſum ſexdecim annorum ſimiliter nullam faciant fidem, nullumque ſortiri poſsint iuris aut executionis effectum, 29 exceptis caſibus in primis ſtatutis reſeruatis.

Gloſ. Prima.

SVMMARIVM.

1 *Multiplex præſcribendi modus.*

2 *Diſciplina illa dat certas rationes, quę ſub determinato ordine proponitur.*

3 *Turpe eſt de aliqua re tractare, niſi prius de eius rei robore cognoſcatur.*

4 *Deus eſt omniũ rerũ baſis & cauſa prima.*

5 *Inſtrumenta ſine inuocatione diuini nominis de conſuetudine ſunt nulla.*

6 *Statutũ ſimpliciter inducens præſcriptionem tanquam peccati nutritiuum non ualet*

ualet & 7. 8. & nu. 10. ubi communi opinio eſt pro Bar. contra 12. & 18.

9 *Præſcriptio quare introducta ſit, & quid ſit nu. 6. & quotuplex. nu. 15.*

11 *Statutum præſumens ſolutionem, uel contractum ſimulatum procedit ſi extant aliqua ſigna ſimulationis uel ſolutionis.*

13 *Victus non tenetur reficere expenſas uictori, in quibus uictor ſua culpa fuit condemnatus.*

14 *Negligentia punitur a iure ciuili & canonico.*

15 *Præſcriptio eſt triplex.*

16 *Ius canonicum in materia peccati eſt attendendum.*

17 *Mala fides probatur fama.*

19 *Mala fides non conſideratur quando agitur de tollen. iure quærendo.*

20 *Fideicommiſſum conditionale poteſt mala fide præſcribi.*

21 *Dominium licet non poſſit præſcribi mala fide poteſt eius confirmatio præſcribi.*

22 *An confirmatio ſtatuti inducentis præſcriptionem facta per Papam tollat malam fidem.*

23 *Statuta concernentia periculum animæ non cenſentur approbata a Papa in generali confirmatione.*

24 *Confirmatio de actibus imperfectis nõ extenditur ad inualida ſecus econtra.*

25 *Generalis inueſtitura non trahitur ad feuda inutilia.*

26 *Clauſula ex certa ſcientia ualidat gratiam nullam, & operatur diſpenſationem.*

27 *Statuta urbis habent executionem paratam.*

28 *Conſuetudo contra leges uel ſtatuta habentia decretum irritans non ualet.*

29 *Legi habenti decretum irritans nõ poteſt per partes renunciari.*

30 *Debitor nõ ſoluens debitum ex præcepto iudicis non peccat.*

31 *Creditor negligens in petendo debitum ſibi nocet, & non fideiuſſoribus.*

32 *Negligentia mariti in exigendo dotem, ſibi præiudicat.*

33 *Creditores negligentes exigere ab hæredibus ſi hæredes fiunt non ſoluendo ſuccũbunt in credito.*

34 *Statutum de præſcriptione reducit præſcriptionẽ de iure cõmuni ad xvi. annos.*

35 *Præſcriptio inducta per ſtatutum non extenditur ad uſucapionem.*

36 *Quòd inducitur ad diminutionem non debet operari augumentum.*

De creditoribus &c.Gloſ.prima.

MVLTIPLEX in iure re-
peritur præſcribendi mo-
dus uidelicet, pro ſoluto,
pro emptore, pro tranſa-
cto, pro hærede, pro dona
to, pro derelicto, pro lega
to, pro dote, ac pro ſuo. De quibus omni-
bus habemus titulos ſpeciales in digeſtorũ,
& C. libris, quos elegantisſime præter Barto.
& Paul. de Caſt. interpratati fuerunt in ſuis
tractatibus Cepol. Balb. Tiraq. & multi alij
quos longum eſſet referre. Ego autem ne
quod actum eſt elegantiſsime a doctiſsimis
uiris agere imprudenter uidear, non omnia
per eos notata receſui, nec quaſlibet quæſtio
nes ab eis diſputatas in dubium reuocaui.
Sed ex omnibus ſcriptis, tam ipſorum, quam
aliorum meliora, & non nulla ualde neceſſa
ria, ab eis omiſſa, & ad interpretationem
ſtatutorum maxime accommodatiora, omiſ
ſis ſuperfluis ac materiarum tranſplantatio-
nibus, in hunc breuem tractatum congeſsi:
2 & quoniam † ea tantum diſciplina dat certas
rationes, quæ ſub determinato ordine pro-
ponitur, ſine quo, ut no. Bal. in proh. digeſto
rum nulla ſcientia recte percipi, nihil niſi im-

plicite tractari poteſt . Iccirco hunc tract. ſub certo gloſarum ordine partitus fui , &
3 primo † quia turpiſsimum eſt, de aliqua re materiam præſtringendo tractare : priuſquã de eius ualiditate & robore cognoſcatur,uolui ante omnia de ſtatutorum inducentium præſcriptionem auctoritate attingere . Sed prius referẽs principium mei laboris ad principium,a quo oritur , id eſt , ad Deum opti.
4 max.qui † eſt omnium rerum baſis & cauſa prima , & ſine quo nullius boni operis , põt ſupereſſe ædificium . cap. cum Paulus. cap. Principatus 1.q. 1.cum ſimilibus. De quibus per Doctores in Rub.ff.de nou. oper. nunc.
5 Vbi † communiter aſſeritur quòd attenta ſaltem conſuetudine,quæ uiget , ubique locorum inter chriſtianos inſtrumentum , ſine inuocatione diuini nominis eſt nullum,ut late proſequitur Sozi.in conſi. 2.uol.4.uol. 3. Quod dictum credo etiam uerum præter cõſuetudinem,dictat enim ratio,quòd ſi omiſſio nominis Pontificis , in terris eccleſiæ & Imperatoris, in terris Imperij uitiat inſtrumentum : Multo magis debet illud operari omiſsio diuini nominis iux. doctrinam Apoſtol.cap. 3.ad Coloſ.Omnia quæcunque facitis,in uerbo,aut in opere , in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite,quæ uerba sũt

præce-

præceptiua. Inuocata itaque ſanctiſsima & indiuidua trinitate, quæ mentem & linguam meam, per ſemitas ueritatis dirigat, ad rem ipſam deuenio, & ad hoc, ut cognoſcatur cauſa diſcuſsionis de ualiditate ſtatutorum ſciẽdum eſt, quid ſit præſcriptio; quæ ſecundum Hoſt. in ſua ſumma hoc titu. eſt exceptio ius quoddam ex eo tempore continuæ poſſeſsionis, rerum mobilium, aliquando dominij utilis, aliquando actionis utilis, aliquãdo legitimæ exceptionis cauſam tribuens. cap. poſt 16. q. 3. l. an ſi quis c. de præſcrip. 30. annorum. c. 1. de præſcript. Io. And. aliter diffiniuit, uidelicet, quod ſit ius quoddam ex tempore congruens legum authoritate uim capiens, negligentibus pœnam inferens, & finem litibus imponens. quam diffinitionem magis communiter, & ſequuntur Docto. in rub. de præſcrip. ut ibi per Fely. & alios Pau. de Caſt. conſ. 297. ubi impugnat diffinitionem Hoſt. per cap. poſſeſſor. de regu. iur. ſed ne tempus conteramus in declarandis terminis iſtis diffinitionibus ſic præmiſsis. Barto.

6 † in l. omnes populi. nu. 24. ff. de iuſ. & iur. loquẽs de huiuſmodi ſtatutis dicit, quòd ſi ſtatutum ſimpliciter loquitur inducens præſcriptionem, tanquam peccati nutritiuum non ualet, ſecus autem ſi ſtatuat poſt tranſactum

tem

tempus contractum, præſumi ſimulatum.
7 Bald.† in d.l.num, 11. dicit op. Bart. tãquam truffam ab omnibus reprobari, quia dum dicit Bart. ſtatutum præſumens contractum ſimulatum, uel fingens debitum ſolutum ualere, & non aliter, Reſpondet Bald. quod propter huiuſmodi fictionem non tollitur peccatum. Vnde ſi ratio peccati infringit ſtatutum ſimpliciter inducens præſcriptionem infringet & aliud, ex quo uoluit idem Bald.
8 utrunque ſtatutum ualere: cum † ſit bonum propter dirimendas lites, ut notat Anch. in
9 conſ. 170. nu. 4. & facit etiam † quia iura inducunt præſcriptionem propter euitandam miſerorum ſegnitiem, & longi temporis errorem & confuſionem. cap. uigilanti cum ibi not. de præſcript. Magna eſt contentio inter doct. de ualiditate huiuſmodi ſtatutorum: nã
10 pro opinio. Barto. † quòd tanquam iniqua non ſint ſeruanda, tenuit Abb. in c. quoniam col. 5. de præſcrip. Ancha. in c. 1. de conſtitu. An. in l. 1. C. de iud. Rom. in l. ſequitur. §. uiá ff. de uſucap. Crot. in d. l. omnes populi num. 71. & in l. nemo poteſt de leg. 1. vbi atteſtatur de communi. & ibi Rip. nu. 116. Alc. conſi. 73. In cauſa appellationis nu. 3. vol. 6. dicit quòd uſus a mille annis citra hanc opinionem approbauit, & quod opinio altera indu

cit

cit peccatum.Idem conſi.172.& 220. nu.6. uolu.6.& conſi.58.& conſil.185.uolu. 7.& Imol.in d.l.ſequitur.§.uiam & conſil. 16. & conſ.46.Balb.in tract.pręſcrip.2.par.3.par. principalis.q.13.cum ſequen. Gom. inſtit. de act.in princi.nu.66.Gozad.conſi.56.nu. 13.Beltrand.conſi.184.nu.5.uol.2.Corn.cō ſi.55.& conſi.180.uolu.4.& conſi.265.uol. 3.& conſi.338.uolu.1.Pariſ.con.87.nu.14. uolu.1.Imol.conſil.123. Abb. & Ant. in c. cura de iur.patr.Filip.Franc.in ca.poſſeſſor
11 de reg.iur.ubi Ancha.† dicit quòd licet ſtatutum,præſumat fictionem ſolutionis uel ſimulationem contractus, intelligitur ſi adſunt uera ſigna ſimulationis, alias non ualet, ita refert Fel. in cap.quoniam nume. 7. de præſcriptio. quod etiam voluit Pau. de Caſt. conſil. 285. Incipit hæredes dictæ puellæ, immo aliqui ut Imol. & Anto. dicunt cōtra Bartho. quòd nec ſtatutum præſumens fictionem ualet: quia non poteſt eneruare naturalem rationem,& veritatem loquens per quæcunque uerba,ad not.per Fel.in cap.fina.de præſcrip. & ita tenet etiam Anch.conſ.5.& Tho.Fer.in tract. cautel.cautela 38.Io.Andr. in cap. 2. de except.in nouell.ſequitur Alcia.in Rub.de prę ſcript.nu.5.ubi dicit hanc eſſe communem opi-

opinionē.Matheſil. ſing.23. Nota quòd omnes leges,& ibi in addi.per quinq; col. Ant. Maſſa uir ſemper honoris cauſa nominandus in ſuo tractatu obligationum,in 5. particula.quæſt.3.num.11.& alij de quibus infra
12 † contrariam opinionem tenuit gl.in cap.1. §.porro,& ibi Bal.qualiter Fe. ali.po.& Bar. ſibi contrarius in l.nemo poteſt num. 22. de leg.1. ubi dicit quòd ſimilia ſtatuta ualent: quia ſunt inducta propter fauorem publicū in odium negligentis:idem in d.l.ſequitur.§. uiam.nu.3.& in l.fina.§.procurator. ff. rem Rat.& in l.ait prætor.§.plane nu.3. quib. ex cau.ma.& in l.ſi is cui §.flauius. ff. de ſolut. Fel.in Rub.de præſcript.nume.18.Barb. cōſi.36.uol.4.qui ad omnia contraria reſpondet;& Bald.in l.cum notiſsimi,C.de præſcr. 30.an.in Autē. Sed nouo iure.C.de natur.li. & in cap.debitores de iur.iur.Iaſ.Aretin. & Bald.inſtit.de Act.in princip.Gui.Pap. dec. 199.nu.4.& deciſ.416.Pariſ.con.49.nu.32. lib. 2. Ang.in l.2.ff.de uſu. & uſufruct. Paul. de Caſt. in d.l. ſequitur. §. uiam nu.6.& in l. hoc autem nu.4.ff.de ſeruit. urb. præd. Cuma.conſ.67 & con.90. Ang.in l.1.C.de Iud. Corn.conſ.267.uol.4.Rip.in d.l.nemo poteſt nume. 113.ubi dicit quòd communis eſt pro ualiditate ſtatuti prout etiā tenet Guid.

Pap.

Pap.in deciſ.31.& 319.& 409.Alb.de Roſ.
in c.poſſeſſor nu.6.Vbi latè ſe extendit ſtatu
tum huiuſmodi non oppugnare iuri natura-
li quia finē litibus imponit, nec iuri canoni-
co quia damnum quod quis ſua culpa pati-
tur ſibi imputandum ſit. c. damnum de reg.
iur.& ideo cum ſtatutum ſit inductum ad pu
niendam negligentiam,non debet improba
13 ri.Hinc uidemus † quòd uictus non tenetur
reficere expēſas uictori,in quibus uictor ſua
culpa & negligentia fuit condemnatus, ut
not.Alb.de Roſ.in d.cap.damnum.& Afflict.
deciſ.177.nec eſt abſurdum quòd ſtatutum
14 puniat negligentiam; cum† etiam puniatur
a lege ciuili.l.j.§.is de actio.& obliga.l. mili
tes.ff.de cuſtod.reor. & iure canonico quis
propter negligentiam priuatur dignitate. c.
ad monaſterium de ſtatu.mona.c.2.de cler.
non reſid.& ex his apparet utranque opinio
nem eſſe communem. Sed pro reſolutione
15 præſentis quæſtionis ſciendum eſt:quòd †tri
plex eſt præſcriptio fauorabilis, mixta, &
mere odioſa;ut per Bal.in l.non dubium, C.
de leg.Saly.in l.more.nume.5.C.de rei uen-
di.& in l.fin.num.24.C.de edict. diui Adria.
tol.& in l.ſicut.nu.6.c.de præſcript.30. ann.
& Iaſ.in Auth.quas actiones.C.de ſacr. ſan.
ecc.Fauorabilis eſt illa; quæ datur in bonis

mobili-

mobilibus cum iuſto titulo & bona fide; ut eſt uſucapio. Alia eſt mixta quæ procedit in rebus immobilibus bona fide & titulo per decem annos inter pręſentes;& uiginti inter abſentes.l.fin. C.de præſcript. long. temp. Guid.Pap.in d.dec.416.& in c.illud de præſcrip.alia eſt mere odioſa;de qua nos loquimur,quam præſcriptionem ultra ſuperius allegata impugnat Car.in cap. 1.§. ſi quis, ſi de feu.fu.contr.dicens quòd in hac cauſa agitur de materia peccati & ius canonicum,
16 † prohibens locupletari cum aliena iactura mala fide eſt attendendum, ut ad longum ꝑ ſequitur Alc.conſi.5 .uolumi.5.& Pariſ.cõſi.27.nume.115.uolu.1.& conſi.66.nu.93.
17 uolu.3.& uolunt † quòd mala fides huiuſmodi probetur per famam, ut per docto. in ca.1.de præſcri.in 6.& Are.in c.licet ex quadam de Teſti.& Gõzad.conſi.8.nu.14.Ale.conſil.187.num.8.uolum.2.ubi dicit etiam quod per inditia probatur, ut per Bald. in l. penul.c.euict. Et ita tenuit Rota in una Romana inter ſocietatem ſancti Ambroſij de Vrbe,& D. Bernardinum de Bubalis de anno 1538.ut per Mohed.deciſ xj. de præſcript.per doctr.Bar.in d.l.Celſus uerſ.qualiter probetur,& per Alex.in allegat. conſi.
18 Ego autem † credo opin.Bal. pro ualiditate

ſtatu-

ſtatuti eſſe ueriorē,& quia omnis difficultas uerſatur circa bonam,uel malam fidem,breuiter dico quòd in huiuſmodi ſtatutis nō eſt conſiderabilis mala fides;quia ſtatutum non tollit creditum in fauorem debitoris; ſed impedit ne creditor negligens poſsit agere; nā quòd quis per 10.aut 16.annos non petat ꝙ ſibi debet;tanquam nimium negligens, merito debet puniri; & maxime iſtud fit ad extinguendas lites ut not.Par.conſ.101. num. 18.uol.1.& Soz.conſi.17.uolu.2.& ideo cū præſcriptio inducta per ſtatutum non reſpiciat principaliter fauorem debitoris nō poteſt conſiderari mala fides; quia ceſſante culpa & cauſa debitoris debitor non incidit in cap.fin.de præſcript.ut in ter.not. Soc. Iun. conſi 145.nu 65.uol.1.& ita declarat Abb. in c.quod clericis.colum.5.de for. comp.& in cap.eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit.Prout refert Fel.in c.fina.nu.6. uerſi. ruminatis de præſcript.& Caccialup.in l.omnes populi col.24.uerſi.30.Corn.conſi.277. Ad euidentiam uerſi.his minime uolu.4.dicit quòd iſta opinio ſemper ſibi placuit quādo mala fides,& culpa non imputatur debitori.Et ſic credit ꝙ ꝓcedat opinio Bar.& aliorū in d. l. ſequitur.§.uiam; ubi Paul.de Caſtr.in fi. dicit hanc opinionem eſſe ueram ſicut euange-

lium,

lium, & quòd contraria opinio, procedit quãdo ſtatutum dirigit uerba in debitorem, quia tunc bona fides, uel mala eſt in conſideratione. Bald. conſi. 298. hæc materia uol. 1. dicit quòd aliquando præſcriptio currit ſecundum naturam temporis abſque aliquo facto debitoris; & quia tunc tempus præſcribit, & non homo; mala fides non eſt in conſideratione; quia ubi non eſt factum homi-
19 nis, non eſt mala fides, hinc uidemus † malã fidem non conſiderari, quando agitur de tollendo iure quærendo ex quo dicitur quòd
20 † fideicommiſſum conditionale poteſt mala fide præſcribi. ut not. Soc. conſi. 63. uolu. 1. & conſi. 203. per totum uolu. 2. Ancha. in cap. ſine poſſeſsione de reg. iur. Par. conſ. 66. nu. 93. uolu. 3. & conſi. 7. nume. 27. uolu. 1. Balb. de præſcript. in 2. par. 3. par. principa. q. 13. Sed de huius dicti ueritate uide Ioan. Ant. Rub. conſi. 84. nu. 7. Capel. Thol. deciſ. 74. Diſtinguit circa hãc quæſtionem; quòd aut nos loquimur de præſcribendis actionibus perſonalibus; aut realibus. primo caſu nõ requiritur bona fides ſecundum Hoſt. in Rubr. de præſcript. Rer. mob. ſecus in rebus
21 immobilibus. & ſubdunt aliqui † quòd licet non poſsit præſcribi dominium mala fide, poteſt tamen confirmatio eius præſcribi; ut

per

per Bald.conſi.303.uolu.1. & Rub. Alexan. conſi.3.nu.10. Adherendo itaque opinioni quòd ſtatutum ualeat, ſi alia opinio admitteretur quæ uidetur eſſe magis communis; ut atteſtatur Pir. Angl. in conſti. Aurel. in titu. de præſcrip. cap. 5. & Petr. Duenas in ſuis regulis, regula 6. quæſtionis eſſet. An ſaltem
22 † propter confirmationem Pontificis tolleretur iſta præſumpta mala fides; ita quòd opinio Bald. eſſet ſequenda. Alciat. in cap. cũ cõtingat nu. 166. de iureiuran. dicit quòd omnia ſtatuta de materia iuramenti loquentia ſi confirmantur a Papa ualent. quod a ſimili dicendum eſt in huiuſmodi ſtatuto ur-
23 bis confirmato a Pont. Sed Bal. † & Abba. in d.ca. cũ contingat dicunt quòd quando ſtatutum concernens periculum animæ inter cætera ſtatuta confirmatur a Papa non cenſetur probatum niſi ſpecialiter, & expreſſe confirmetur. Pro quo facit quòd notat Paul.
24 † de Caſtr. in. l. ſi quando nume. 6. de leg. 1. ubi dicit quòd quædam ſunt de ſui natura imperfecta, niſi cõfirmentur, ut ſunt electiones, & ſtatuta facta per ſubditos. Tũc ſi Princeps confirmat omnia ſtatuta talis confirmatio non comprehendit niſi ualida; quia ſuperior intendit perficere imperfecta, non autẽ ualidare inualida. quædam ſunt de ſui natu-

ra pfecta,& tali caſu cõfirmatio tẽdit ad in ualida:q̃a ualida nõ indigent cõfirmatione. ut p Bal. in d.l.ſi q̃dõ & in l. 1.nu.2.ff. de his 25 qui ſunt ſui,uel al.iur.ubi dicit† ꝙ generalis inueſtitura nõ trahitur ad feuda inutilia.idẽ in l. 1.C.de Metrop.dicit ꝙ ex generali con ceſsione condendi ſtatuta,nõ datur facultas iniqua condendi leges:& in ter.Imol.Ant.& Io.Andr.in c.Dudũ de dec.dicunt ꝙ genera lis confirmatio Papæ debet referri ad actus ualidos,& nõ inualidos,ſequitur Ale.cõſ.59 uol.1.& cõſ.122.uol.3.& cõſi.39.uol.4.Iaſ. in l.legata nu.12.de leg.1.& in l.more.nu.27 de iur.om.iud.Inno.in c.1.de trãſact.& Bal. cõſ.134.copioſe uol.1.dicit,quod princeps cõfirmans priuilegia non intelligitur confir mare ea q̃ dant materiã delinquẽdi;Prout la te p Fel.in c.conſtitutus de Reſcrip.Ex qui- bus omnibus patet ꝙ confirmatio Papæ nõ tollit defectum malę fidei,ſed urget clauſula 26 † ex certa ſcientia in confirmatione Leonis Papę poſita,q̃ eſt tãti roboris,ut ualidet gra- tiã nullã:ut not.Bal. in c.imperialis de Pact. Conſt.Guid.Pap.conſi.167.& 205.& late p Fel.in cap.nonnulli de reſcript.& c.cum in- ter nu.5.de excep. poſſet huic contrarietati reſponderi per eos qui impugnant ſtatutum quòd dicta clauſula non operatur, circa ea q̃ con-

concernunt periculum animæ, ut not. Anto. Abb. Fel. & alij in c. conſtitutus de reſcrip. Et maxime, quia ſtatuta fauorabilia delinquentibus ſunt odioſa legi naturæ, & ſacris moribus. ut p Bal. in c. 1. de prob. Vbi dicit quòd non poſſunt confirmari a Principe; & qui ſic ſapit; ut furioſus deſipit, & in caſu noſtro dicit quòd ſtatuta quæ faciunt officiales Romani contra leges, & bonos mores non ualent, quòd etiam procedit, ſi adſit clauſula ex certa &c. confirmantes actum ſi de ſe eſt inualidum; ſupplentes &c. ut not. Abb. in c. inter dilectos de fid. inſtr. & Ang. in l. fin. C. de temp. appell. Contrarium autem de iure uidetur uerius, quia in confirmatione ſtatutorum urbis aſſerit Pontifex mandaſſe duobus Cardinalibus, ut præfata ſtatuta diligenter uiderent, & examinarent; quo caſu clauſula ex certa ſciētia uidetur eſſe uerificanda in actu ſuo proprio; ita ꝙ cōpræhendat ſtatuta de pſcriptione loquētia, quia dicta clauſula in actu facto a Principe q habuit de facto plenā informationē operatur diſpenſationem, ad not. per Barto. in l. ita Vlpianus in 2. lect. ff. de excuſat. tut. Henr. Boic in cap. ueniens de fil. præsb. & Soci. in conſi. 146. lib. 2. Cur. Iun. conſi. 65. cum ſimilibus. cum itaque rite & ſolemniter ſint confirmata ſtatuta ur-

bis; ſucceſsiue intelligitur ſublata omnis mala fides;& propter huiuſmodi confirmationem doctiſsimus Galeſius in d.tract. oblig.ubi ſupra nu.12.dicit ſtatutum noſtrum paſsim ubique ſeruari. Immo cum in confir
27 matione adſit decretum irritans † dicimus habere executionem paratam, ut quicquid inde ſequatur ſit nullius roboris, ut notat Archid.& Io.And.in c.cum de beneficio, de præb.in 6.& Iaſ.in l.fi.col.fi. de conſt. Prin.
28 Immo † ſi extaret conſuetudo contra præfatum ſtatutum non ualeret adnot. per Archid.in d.cap.cum de beneficio, & per Rot. deciſ.4.de priuil.in antiq.& latius per Fel.in cap.cum acceſsiſſent in 4.declar. de conſti-
29 tut.nec poteſt dicto ſtatuto † propter decretum irritans per partes renunciari,ut not.Pariſ.conſi.49.nu.26.uolu.4.& Bellam. deciſ. 81.Ego autem credo non ſolum ſtatuta confirmata a Papa, ſed & alia iuxta diſtinctionem,de qua ſuperius eſſe ualida;cum(ut dixi)debitor ex facto ſuo non liberetur, ſed ex facto legis punientis negligentiam creditoris,Idcirco non eſt conſideranda mala fides ipſius debitoris:qui non ex ſe negat ſoluere debitum;Sed non ſoluit,quia lex prohi
30 bet.Hinc uidemus † quòd debitor non ſoluens debitum ex præcepto iudicis non eſt in

mala

mala fide neque peccat, ut not. Anchar. in c.ſignificauit nume. 2. de cenſ. & ideo multo magis debet excuſari debitor; qui lege mandante non ſoluit, & ubi eſt authoritas legis ibi non datur mala fides l. 1. ff. de his qui ueta. Alue. in c. 1. ſi qs triginta, ſi de feud. fu.

31 contr. Videmus etiam † quod creditor negligens in exigendo a debitori principali dum erat ſoluendo, nocet ſibi & non fideiuſſoribus. l. ſi fideiuſſor. ff. de fide iuſ. Gig. cōſi. 41. caſ.

32 nu. 7 de penſ. ſimiliter negligentia † mariti in exigendo dotē a debitore, qui poſtea factus eſt non ſoluendo ſibi imputatur. l. extraneus de iur. dot. Bald. nouell. in tracta. de dote priuile. 32. nu. 3. Boer. deciſ. 329. Simili-

33 ter † creditores qui negligunt exigere ab hæredibus ſi poſtea hæredes fiunt non ſoluendo, ſuccumbunt in credito. l. Pupillus, cum ibi no. ff. de his qui in fraud. cred. & pro hac opi. facit, quod notat Bald. in cap. iudicis of fi. nume. 3. de offi. iud. Vbi ſecundum nonnullos dicit quod præſcriptio ualida requirit duo extrema negligentiam creditoris, & poſſeſsionem debitoris; tunc mala fides officit poſſeſsionem; quando uero præſcriptio requirit tantum negligentiam creditoris; ut in caſu noſtro non conſideratur bona, uel mala fides, quæ non hominem con-

demnat; ſed negligentia propria: idcirco
34 †cùm ſtatútum iſtud reducat præſcription.
de iure communi ad ſpatium 16. annorum,
ut voluit Barto.in d.l.ſequitur.§. uiam Alexan.Iaſo.Rip.& alij in d.l.nemo poteſt.Cor. conſi.277.uolu.4.& lõte Par.conſ.66.num. 92.uolu.3 abſque dubio tenẽdum eſt, quòd ualeat,& omnino ſit ſeruandum. Sed antequam ad ulteriora progrediamur ſciendum
35 eſt,†quòd præſcriptio ſtatutaria huiuſmodi eſt loco præſcriptionis triginta uel quadraginta annorum,& non extenditur ad uſucapionem,ut not.Areti.in l.Pomponius.§. cũ quis de acquir.poſſeſſ.& ibi Iaſ.nume.18.& Bald.in l.quod eſt conſtitutum.C. de ſtatu defunct.ubi dicit, quòd ſtatutum inducens præſcriptionem fauorabilem,non extenditur ad aliam præſcriptionẽ,nec contra; quia præſcriptio facta ad unum effectum, nõ eſt ad alium porrigenda,ut not.Par. conſi. 114. nu.23.uolu.1.& ideo cum uſucapio ſit merè fauorabilis.l.poſt acceptum de rei uendi. Socin.& Iaſo.in l.fin.ff.de eo per quem fac. ie.& pręſcriptio de qua agitur ſit mere odioſa,non eſt de una ad aliam inferendũ, quod maxime procedit, quia uſucapio minoris ſpacio. 16.annorum perficitur, & ideo non poteſt cõpræhendi ſub ſtatuto, quod uidetur

tur

tur tollere omne minus, ut not. Pir. in cõſti. Aurel. in titu. de execut. ex loc. ca. 8. & ideo
36 †cum intendat ad diminuendũ tempus conceſſum de iure communi; non debet operari augumentũ. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. not. Socin. Iun. conſi. 144. nume. 33. uolumi. 2. Dec. conſi. 627. nume. 12. Egid. deciſ. 167. in fin. & late Rub. Alexan. conſil. 2. num. 17. cum ſimil. ut per Anch. in cap. cum apoſtolus num. 6. de cenſibus ubi dicit, quòd iura quæ prouident circa diminutionem habent locum in illis qui ad maiora tenebantur non quo ad illos qui minoribus officijs fungebantur, & ideo ſtatuta huiuſmodi non poſſunt uerificari in uſucapionibus.
Non uerificatur etiam in multis alijs præſcriptionibus minoris temporis, ut eſt illa uiginti horarum, de qua in l. capite. ff. de adult. Alia, unius diei, de qua in l. litigatoribus C. de appellat. & in l. reſcriptum ff. de re. iud. tertia duorum dierum, de qua in l. ædiles. §. uidendum. ff. de ædilit. edict. quarta trium de qua in l. ultima. C. de error. aduocat. Quinta quinque dierum, de qua in l. ſi poſt tres. §. orationis ff. ſi quis caut. ſexta nouem dierum ut in l. cum ſit C. de ſepulcr. uiolat. ſeptima decem dierum Auct. Hodie. C. de appella. octaua quindecim, ut in. l. ſi

 quan-

quando.C.de teſtam.nona uiginti.l.cũ pau- peri.C.de ſent.& interloc. decima triginta dierum,ut in l.in contractibus.§.ſuper cete- ris.C.de non nume. pecu. undecima quin- quaginta dierum inſtitu.de excuſat tut.duo decima duorum Menſium l.fin.C. de adult. Decima tertia centum dierum l. ſi bonorũ C.qui admitti.decima quarta trium menſiũ l.ſancimus.§.igitur.C.de iur.delib.Decima quinta quatuor menſium l.2.C. de uſur.rei iudi.decimaſexta quinque menſium l. ſcien dum.§.fin.ff.de red. decima ſeptima ſex mẽ ſium l.2.C. de edilict. edict. decima octaua octo menſium.l.ſcimus.C. de iure delib. de cima nona nouem menſium l. prima C. de dilat.uigeſima decem menſium. auct. ut lic. min. uigeſima prima unius anni.l. ſciẽdum. §.ultimo.C.de edilit.edict.trigeſima ſecun- da duorum annorum.l.fin.C.de dolo. Vigẽ ſima tertia trium tot.titu. de uſucap. uigeſi- ma quarta quatuor annorum l.1.§. Diuus Pius ff.de iur.fiſci.uigeſima quinta quinque annorum l.ultima C.de ſtat.defunct. uigeſi- ma ſexta ſeptem l. ſi infanti. C. de iur. de- liberan. uigeſimaſeptima nouem l. ultima. C.de aliment. lega. uigeſimaoctaua decem l.ſi pater.ff.de pecul. uigeſimanona duode- cim.l.4.ff.de teſta. trigeſima tredecim.l.2.

C.de

C.de ſenat.trigeſima prima quatuordecim. l.ſenium C.qui teſtamen.facer.poſſ.trigeſima ſecunda quindecim Inſtit.quib. cauſ.ma io.§.fin.Omnes enim iſtę præſcriptiones nõ ſunt ſublatę,neque auctæ.per huiuſmodi ſtatutũ; ſed tantum ſequentes ſunt redactæ ad tempus ſexdecim annorum. Alia decem & octo. tertia uiginti ſex, quarta triginta & quadraginta annorum; eſt & alia quinquaginta,& quinquaginta quinque ac ſexaginta,& centum annorum, & aliæ quæ ſunt perpetuę; De quibus omnibus per Roger.in Catalogo præſcrip.& Din. & in tract. de præſcript. Quæ ultimæ non uidentur percutere materiam crediti,& debiti niſi in fauorem eccleſiæ Romanæ, & ſuperiorum Principum; cum quibus quomodo procedatur dixi in gloſ.19.nume.199.& 212.

SVMMARIVM.

1 *Negligens quis dicatur.*
2 *Statutum puniens negligẽtiam eſt conforme cum iure communi.*
3 *Negligentia in quibus conſiſtat.*
4 *Probat,lapſu 16. annorum dicitur probata negligentia in caſu ſtatuti.*
5 *Impedimento non purgat negligentiam niſi im-*

ſi impeditus proteſtetur.

6 *Negligẽtia an noceat ſine interpellatione.*

7 *In pœna quæ oritur ex facto negatiuo requiritur monitio.*

8 *Nemo poteſt declarari incidiſſe in pœnam legalem, niſi præuia citatione.*

9 *Monitio non requiritur ad præſcribendũ contra creditorem.*

10 *Mora in termino præfixo a lege non poteſt purgari.*

11 *Vbi eſt appoſitum certum tempus non requiritur monitio.*

12 *Promittens factum alienum cum pacto de rato infra certum tempus non eſt interpellandus.*

13 *In pœna quæ oritur ex facto negatiuo requiritur monitio quando ueriſimiliter poteſt defenſio.*

14 *Monitio requiritur, quando præfigitur ab homine, ſecus a lege.*

15 *In contractu iurato nunquam requiritur monitio.*

16 *Debitor ſi tenetur offerre creditori nõ poteſt præſcribere abſque monitione.*

17 *Si annus contractus erat biſextilis, an omnes anni debeant habere tot dies pro implenda præſcriptione.*

18 *Menſis ſi præfigitur alicui ad aliquid faciendum*

dum debet eſſe tot dierum quot menſis in quo ſit præfixio.

19 *Tempus præfixum a ſtatuto an ſit utile uel continuum.*

20 *Tempus appoſitum ad expirationem beneficij currit a momento ad momentum.*

21 *Dictio per, ſignificat tempus continuum.*

22 *Cum ſit mentio de tempore in dubio intelligitur de continuo.*

23 *Tempus ſemel interruptum non coniungitur.*

24 *Emphyteota non incidit in commiſſum ſi non ſoluat canonem per biennium interpellatum.*

Si creditor fuerit negligens
Gloſ. 11.

1 NEGLIGENS † dicitur ille qui ſcit ſe dominum, & non curat agere, ut notat Bero. in Rub. de præſcrip. nu. 8. ubi dicit etiã eum dici negligẽtem, qui in facto proprio ius ſuum ignorat, per l. fin. ff. pro ſuo. Sed de hoc an ſtatutum comprehendat ignorantem in facto proprio, dixi in gloſ. omnes creditores. Iſtud ſtatutum pu-

2 niens†negligentiam eſt conforme cum iure communi, quia iura uigilantibus, & non dormientibus ſubueniunt, ut not. Barb. in conſi. 57. num. 12. uolu. 2. & Doct. in proh. inſtit. Notandum eſt aũt ad propoſitum noſtrum, ut neceſſaria non omittamus, quod neglige-
3 tia†conſiſtit in his, quæ ſunt facultatis, nõ autem impoſsibilitatis, quia negligere eſt cum poſsis, ſecus ſi non potes, ut not. Bal. in c. inter corporalia num. 15. de transl. epiſco. late de neglige̅tia tractat Fel. in c. ſi aũt nume. 3. de reſcrip. ubi per Dec. nume. 4. Notandum eſt etiam pro intelligentia ſta-
4 tuti†quòd probato lapſu ſexdecim annorũ dicitur illico probata negligentia, ut per Anch. in cap. plerunque num. 3. eodem titu. per Alex. conſi. 81. lib. 4. cum multis allegatis per Fel. in d. cap. ſi autem & Barto. in conſil. 102. chariſsime domine; Anch. † in d. c.
5 plerunque notabiliter dicit, quòd non ſufficit ſubeſſe impedimentum ad purgandam negligentiam niſi impeditus publice, de impedime̅to proteſtetur, & in terminis noſtris dicit procedere contra eum, qui fuit impeditus propter guerras uel ſimilia, quòd ſi publice non proteſtetur, contra eum currit præſcriptio. l. ut perfectius. C. de annal. except. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis de nou. ope. nũc.

de

de hoc latius dixi in gloſ. uel ſi interruptam uerſi, limitatur iſtud commune dictum ſi tépore hoſtilitatis. Non ſufficit proteſtari de impedimẽto in genere ſed in ſpecie eſt exprimẽda eius qualitas Bal. Ang. Iaſ. & alij in l. fin. de Fer. Bart. in conſi. 97. num. 6. Soz. Iun. conſi. 18. uol. 2. ubi dicit quòd allegans impedimentum non excuſatur, ſi illud remouere potuit; quia quando diligentia prodeſt, & quis ea non utatur, currit ſibi tempus, ac ſi impeditus non fuiſſet, Bal. in l. j. C. de bon. poſſeſsio. ſecund. tabul. Roman. conſi. 9. ubi dicit, quòd ſi quis iurauit ſtare ſententiæ arbitri; & per conſequens non ualeat petere reductionẽ ad arbitrium boni uiri niſi prius petat abſolutionem a iuramento, currit ſibi tẽpus, quia cum illam petere potuerit & non petierit ſibi eſt imputandum, & late per Balb. in Tract. de præſcrit, 4. par. 4. par. principali q. 3. & Crauett. conſ. 132. nu. 5. & Alex. conſil. 164. lib. 2. & conſi. 114. lib. 5. Sed quæ-
6 ſtionis eſſe poteſt, an † negligentia noceat ſine interpellatione Fel. in d. c. ſi autem & Barto. conſil. 98. teſtator poſt inſtitutionem & conſi. 36. ſtatuto ciuitatis Aſsiſij uolu. 1. & Innocen. in cap. extirpandæ de præb. diſtinguunt circa hoc; Aut (inquiunt) lex loquitur affirmatiuè, ut ſi creditor neglexerit petere

do-

debitum cadat a iure ſuo;& tunc nulla requiritur monitio,ſecus autem quando lex negatiue loquitur, uidelicet, quòd creditor non audiatur ulterius;quia adhoc,ut præſcriptio
7 currat in pœna,† quæ oritur ex facto negatiuo requiritur monitio,ut uoluit Hoſt. & Io. And.in cap.licet cauſam.§.1.de elec.& Car. conſi.86.& late Fel.in ca.2. nume.4. de Magiſt.& Alc.in l.ſi mora num.12.ff.ſol.mat.& Doct.in clem.præſenti in uerbo conſtiterit
8 de cenſ.ubi dicunt† neminem poſſe declarari incidiſſe in aliquam pęnam promulgatam a iure propter exceſſum in faciendo, niſi præuia citatione,& ita tenet gloſ.in prag.ſanct. in tit. de collat. in uerbo prouideatur mihi
9 fol.72.Ego autem † credo quòd nunquam requiratur monitio,q̃a ſi requireretur monitio,aut creditor monitus poſſet purgare moram aut monitio ſeruiret de uento: ſed creditor in caſu ſtatuti non poteſt purgare moram,quia per lapſum temporis ſtatim acquiritur ius debitori,& ideo non poteſt purgari mora.c.cupientes.§.quod ſi de elect.in 6. ca.licet de ſuppl.negl.prælat.not.Henr.Bo. & Cin.in l.ſi pacto.C.de pact.in l.ſi poſt res. ff.ſi quis cautionibus,& Fel.in c.penul. nu.8 de iud.& in ca.gratum num.3.de off. deleg.
10 ubi dicit † quòd in termino præfixo a lege

non

non poteſt purgari mora. Aret.conſil. 95.nume.6.Alex.conſil.133.lib.6.Calcan. conſil.16.Crauet.conſil.146.nume.16. & ita debet intelligi conſ. Paul.de Caſtr.& tex. in l.ſi pupillus.ff. de uerb. oblig. quia propter decretum legis impeditur purgatio moræ Gozad.conſi.34.& 69.niſi forte ſolutio eſſet deſtinata in certo loco,certo die, quia tunc propter tempus modificatum in loco non committitur mora Alex.conſi.41.uolu. 4.Gozad.conſil.31.nume.24.alias ſecus Bald.in auth.adhoc numer.18.C.de uſur. & Abb.in cap.in tua in fin.qui mat.accu.poſ.& Pin.in l.ſi ſeruum.§. de illo de uerbo. oblig. car.in c.1.col.3.quo temp.mil.& ibi Bal.nu. 3.& Anch.in cap.quam ſit de elect.in 6. ubi dicit,quòd poſt executionem non admittitur purgatio moræ,& quòd tunc dicitur facta executio eo ipſo,quòd quis priuatur a lege,quia dies interpellat pro homine.l.traiectitia.§.de illo de uerb.oblig.l.magnam. C.
11 de contrah.ſtip.& quoties† poſitum eſt certum tempus non requiritur monitio,ut not. Matheſil.ſing.50 & Bald. in l. 2. C.de ſpon. Par.conſ.109.numer.25.uolu.1. Fel.in c. ex reſcripto in fi.de iur.iur.& Socin. in conſil.
12 288.uol.2. ubi dicunt† ꝙ promittens factum alienum cum pacto de rato infra certum tẽ

pus

pus non eſt interpellandus, quicquid dicat Dec. in cõſi.2.per totum.Et pro hac opinione conſuluit Ancha.conſi.65.nu.9. per text. in cap.licet canon de elect.in 6.Cum itaque ſtatutum præfigat terminum 16. annorum ad petendum debitum,tranſacto tempore, quis conſtituitur in mora,ut etiam in proprijs terminis tenet Marſil.ſingul. 341. ille qui.ubi multos allegat; opinio autem illorum, qui dicunt in facto negatiuo, requir. monitionem procedit,quando uериſimiliter poſſet competere defenſio creditori ad not. per Innoc.in c.tua de cohab.cler.& in ca. uc ſtra eod.titu. & in c. ad noſtram il 3.de iur. iur.& in c.fi.de off.deleg.in 6,ſed in caſu ſtatuti certum eſt,quòd tranſacto tempore tollitur actio creditori, & ideo non requiritur
14 monitio;poſſumus † etiam dicere, quòd monitio requiratur, quando dies præfigitur ab homine. ſecus a lege; quia tunc requiritur
15 monitio,niſi contractus † ſit iuratus cum iuramentum ſit loco interpellationis, ut per Bar.Alexan.& alios in l.ita ſtipulatus de uerbo.oblig.Alex.in l.2.§.fina.ff.ſol.matri.Fel. in Rub.de iur.iur.Abb.in c. quòd clericis de for. comp. dicit ad propoſitum noſtrum,
16 quòd aut debitor tenetur † offerre creditori,& tunc requiritur monitio.l.ſi ſeruum. §.

ſequitur

ſequitur q̃ uer.ob.aut debitor nõ tenetur of ferre,& tũc nõ requiritur interpellatio.l.idẽ .de cõſt. pec. Soc.con.203.uol.2. Qũo aũt probetur negligentia uide Felin.in c.irrefragabili de offi.ordi.& in c.ſi aũt de reſcrip. Bar.in conſi.202.Crauet. conſi.132. & late Gom.in reg.poſt.28.queſt.reg.de Triẽn.ubi coaceruat 214.caſus in quibus negligẽtia nocet;& uiginti alios in quib. nõ nocet;& ideo ad eum recurrere, qui regulanter negligẽtia non præſumitur.Corn.conſ.136.uolu.2.Pariſ.conſ.27.nu.89.uol.1.& late Roland.con ſil.35.nu.21.uol.2. Sed quia ſtatutum præfigit terminum 16.annorum poteſt dubitari,quid † ſi tempore obligationis contractæ
17 annus erat biſextilis & erat de menſe maij an quilibet annus 16.annorum debeat habere tot dies,quot habuit annus celebrati contractus,& quilibet menſis debeat habere triginta dies & unum. Iſta quæſtio non eſt ita parui momenti,ut prima facie uidetur eſſe, quia ſi quilibet annus habet tot dies quot annus biſextilis, & quilibet menſis, quot menſis Maii multum iuuaret negligentibus, quia ſupereſſent poſt 16.annos dies 116.gl.in ca.
18 quam ſit de elect.in 6.dicit † quòd ſi menſis datur ad aliquid faciendum intelligitur eſſe tot dierum, quot menſis in quo præfigitur

tempus.& Mil.in repet.in uerbo menſis dicit quòd ita communiter ſeruatur,ut no. An cha.in c.licet de ſuppl.negl.prælat.& in d.c. quam ſit,& in c.ſi propter de reſcrip.in 6.ubi de mente Archid. dicit quòd appellatione anni intelligitur de anno uulgari 12. menſium.uide Bar.in l.cum biſextus de uer.ſign. & Soc.conſi.99.nu.1.uolu.3.ubi dicit, quòd compromiſſum de duobus menſibus debet intelligi ſecundum numerum dierum menſis in quo factum fuit,ut per Bald.& Imol. in l.de diuiſione.ff.ſol.matr. Et in ter. Alc. conſil.114.nume.10.uolu.5.Bald.in l.j. ff. ſi quis caut. Deci.& Cagnol.in l.ubi lege.ff. de reg.iur.quæ omnia dicas incipere ſuum curſum non à die celebrati contractus,ſed traditionis rei ſubſecutæ.ut dicunt Bart. Bald. & communiter Doctor.in l.ſi cui legetur. ff. de legat.1.ubi Iaſ.nume.18.dicit quòd ſi teſtator legauit quibuſdam fratribus centum florenos pro conſtructione capellæ, quam teneantur conſtruere infra annum alias cadant à legato non prius currit annus, quàm ſolutum ſit legatum & in terminis de empto re,qui nō tenetur ſoluere precium infra certum tēpus permiſſum, niſi prius ſequuta traditione communiter tenent Doctores ubi ſupra & in l.2.C.de contrahen.empt.& in l.Iu

lianus

lianus.§.offerri.ff.de actio.empt.& Soz. qui refert nonnullas diſtinctiones ſuper hoc in l.ſi in diem per totum.ff.de condit, & demō
19 ſtra. Sed oritur etiam alia quæſtio † an illud tempus 16. annorum ſit utile uel continuum,breuiter agendo Bal.in l.genero de infam.diſtinguit,aut ſtatutum eſt conditum a Prætore,ut dicit Ale.in l.fin.nu.4.C.de dol. mal,epiſcopo uel Marchione,aut a populo. Primo caſu tāquam factum a magiſtratibus habet uim iuris prætorij, & ſic tempus per huiuſmodi ſtatutum præfixum præſumitur utile,quia tempus a Prætore præfixum ſemper eſt utile:/aut ſtatutum ſecundo loco fit a populo,& tunc tempus eſt continuum, & regulariter omnes præſcriptiones habent tēpus continuum,ut not.Ale.ubi ſupra & Bar. in Rub.diuer.præſcript.& de huiuſmodi ſtatutis in terminis Bal.in d.l.genero & late accumulat Soc.conſi. 108.nume.8. uolu. 4. & facit quòd notat Bald. in l.denique.§. mino-
20 rem de min.ubi dicit † quòd tempus appoſitum ad expirationem beneficij de puncto ad punctum, & de momento ad momentū computatur, ut not.Iac.de Aret.in l.j. ff. de manu.& iſtud abſque dubio procedit in ſtatuto Vrbis,tum quia eſt cōditum a populo, tum etiam propter dictionem illam per 16.

21 annos,quia dictio † per,ſignificat tempus cõ tinuum.l.urbana prædia.§.pernoctare. ff. de uerb.ſigni.Bart.in l.illud de off.præſid. Soc. qui multos allegat in conſi.118.nu. 8. uolu.
22 4.& ibi nu.6.dicit quòd cum † ſit mentio de tempore in dubio intelligitur de continuo,
23 & tempus † ſemel interruptum non coniun gitur ſecundum communem opi. ut ibi per
24 eum,qui infert † ad emphyteotam, ut non incidat in commiſſum ſi non ſoluat canonẽ per biennium interpolatum,quia ut dixi neceſſe eſt,ut ſit continuum,niſi in materia noſtra curſus temporis aliquando propter hoſtilitatem, uel mortalitatem dormiat, quia tali caſu ut ſuo loco dicemus reuiuiſcens coniungitur.

SVMMARIVM.

1 *Statuta loquentia de præſcriptione non comprehendunt mulieres pro rebus dotalibus nume.4.*
2 *Res dotalis eſt prohibita alienari.*
3 *Res mulierũ non dotales comprehenduntur ſub ſtatuto præſcrip.*
4 *Dos legato relicta habet priuilegia ueræ dotis.*
6 *Stante ſtatuto, quòd mulieres dotandæ excludantur*

cludantur excludentur fœminæ in teſtamento dotatæ.

7 *Si ſtatuto cauetur, quòd omnia legata & donationes inſinuentur, alias quòd non ualeant non comprehenditur legatum factum nomine dotis.*

8 *Dos promiſſa habet priuilegia ueræ dotis.*

9 *Statutum de dote lucranda habet locum in dote promiſſa.*

10 *Statutum de præſcriptionibus nõ extendi tur ad dotem putatiuam.*

11 *Stante ſtatuto, quòd inſtrumentum dotale habeat executionem paratam, procedet etiam in inſtrumento dotis putatiuæ.*

12 *Dos confeſſata habet priuilegia ueræ dotis.*

13 *Tranſacto decennio creditores non poſſunt excipere contra dotem confeſſatam.*

14 *Creditores poſſunt petere reſtitutionem in integrum aduerſus lapſum temporis ad opponendum de exceptione non numeratæ dotis.*

15 *Dos præſumpta habet priuilegia dotis.*

16 *Mulier nubens nulla promiſſa dote, an præſumatur omnia bona in dotem dediſſe.*

17 *Augumentum dotis habet priuilegia dotis.*

18 *Dos & donatio propter nuptias conſtituta*

ante ſtatutum præſcript. habent priuilegia dotis.

19 *Noua præſcriptio nouiter inducta comprehendit obligationes ueteres.*

20 *Factum habens ortum de præterito, & expectans perfectionem de futuro comprehenditur ſub lege noua.*

21 *Statutum dans præmium capiendi bannitum, & præſentandi Curiæ habet locum in ea qui cœpit bannitum ante ſtatutum, & poſt præſentauit.*

22 *Statutum de lucro dotis habet etiam locum in dote data ante ſtatutum.*

23 *Statutum de præſcrip. fauet etiam heredes mulierum.*

24 *Prærogatiua realis tranſmittitur ad omnes, ſecus autem perſonalis.*

25 *Prærogatiua in dubio præſumitur realis.*

26 *Priuilegiatus quando incipit a ſe præſcriptionem, & ſuccedit ei non priuilegiatus, ille non priuilegiatus non tranſmittit priuilegium.*

27 *Multiplex eſt priuilegium.*

28 *Statutum loquens de præſcrip. quo ad dotes non extenditur ad dotem matris defunctæ.*

29 *Ceſſionarius dotis gaudet priuilegio ſtatuti de*

de præſcript. & ibi an tranſmiſſibile ad hæredes ſit ceſſibile.

30 Statutum de præſcriptio. non fauet dotibus, non dum datis maritis ratione fructuum.

31 Fructus dotis quá actione petantur.

32 In obligatione conditionali fructus ratione dotis præſcribuntur.

33 Statutum de præſcript. non extenditur ad longiſſimam præſcriptionem.

34 Statutum de præſcriptio. fauet etiam mulieribus, pro rebus non dotalibus. & nume. 40.

35 Statutum loquens de creditoribus non extenditur ad fœminas.

36 In ſtatuto exorbitanti maſculinum non concipit fœmininum.

37 Maſculinum concipit fœmininum ex extenſiua interpretatione.

38 Statutum quòd filiusfam. non poſſit contrahere ſine conſenſu patris non trahitur ad filiam familiam.

39 Statutum continens odium irrationabile fœminæ nunquam compræhēduntur ſub uerbo maſculini generis.

40 Exceptio nunquam, facit compræhendere ſub regula illa quæ alias compræhenſa non fuiſſent.

42 *Negligentia non poteſt conſiderari in mulieribus ſicut in uiris.*

43 *Mulier plerunque contra propria commoda laborat.*

44 *Mulier in rebus non dotalibus reſtituitur aduerſus præſcriptionem.*

45 *Præſcriptio ſtatutaria urbis nō currit contra maritos.*

46 *Vſuræ quæ debentur pro dote non ſoluta poſt biennium præſcribuntur ſpacio* 10. *annorum.*

Exceptis Dotibus. Gloſ. III.

1 STATVTA † loquentia, de præſcriptione non cōpræhendunt mulieres, pro re dotali, uiuente marito: ad not. per Doc. in l. in rebus. §. omnis. C. de iur. dot. & in l. cum notiſsimi. §. illud C. de præſcri. 30. an. Bal. nouel. in tract. de dot. 7. par. prin. D. meus Soc. Iun. conſi. 144. num. 59. & 63. uol. 1. Guid. Pap. ſing. 653. Pau. de Caſtr. con. 467. uolu. 2. idem Guid. Pap. in c. illud

2 nu. 3. de præſcript. Vbi dicit, † quòd res dotalis eſt prohibita alienari, & ſucceſsiue præſcribi, ne uno iure recipiatur, quod alio prohibetur,

hibetur,ut per Ancha.in cap.fin.in fin. de cō feſ.in 6.in ca.tuæ de procurat.

Laurentius ſiluan.in conſil.1. nume.130. late circa hoc ſe extendit ad not. per Docto. in l. alterationis.ff.de uerb. ſignifi. Afflict. deciſ. 254.nu.3.Roder.ſuaret.inl.1.tit.de laſ. araſ. nume.50.cum ſeq.ubi dicunt quòd prohibita alienatione, prohibetur & præſcriptio, quæ dicitur alienatio effectualis; & propterea non poteſt fieri niſi in illis caſibus, in quibus fit lege permittente.l.omne uerbum.ubi Bal.nume.9. C. communia de legat. C. ubi lex ff.de uſucap.quia ubi lex reſiſtit, res non poteſt ad aliquem peruenire, niſi affecta prohibitione legis. l. Pomponius. §. fina. ff. de acquiren. poſſ.& propterea non datur preſcriptio ut late per Igne. in l. neceſſarios. §. non alias. ff. ad Sillan. In re-

3 bus † autem quæ non ſunt dotales uidetur, quòd ſtatuta generaliter loquentia comprehendant etiam mulieres, ut not.Par.cōſi. 16.nume.142.uol.2. Immo comprehendit

4 etiam † dotes niſi ſpecialiter excipiantur :ut de com.atteſtatur Cag.in l. 1. nume.16. de reg.iur.& Rip.in l,1.q.51.C. de reuoc. donat. Sali.in l.fin.C.de iur.dot. tenet contrarium; uidelicet,quòd dotes ſemper intelligantur exceptæ,quod etiam uoluit Iaſo.in l.

quæritur

quæritur nume. 5. de uerb. oblig. & in l. j. ſol. ma. & Bal. cõſ. 485. uol. 1. multa coaceruat, Tiraq. de utroq; retract. §. 1. uerbo Ou æquipollent, Gloſ. 14. nume. 92. & Soc. cõſi. 122. & Dec. in d. l. 1. nume. 8. de reg. iur. communis autem eſt in contrarium, ut per Bald. in l. omnes populi uerſi. item nota de iuſ. & iu. Dec. in l. 1. C. de eden. & in ca. 1. de reſcrip. & in conſi. 61. & 131. & 446. & Rip. in l. 1. ff. ſolu. matri. Sed in caſu præſcriptionis reperiuntur priuilegiatæ, & ideo non comprehenduntur ſub generali ſtatuto, ad not. per Tiraq. in tract. de priuileg. pie cau. priuileg. 111. & in tractatu de præſcrip. gloſ. 11. poſſumus autem dicere, quòd iſtud ſtatutũ reſpiciat tantum fauorem maritorum, & eorum hæredum: ſed de hac quæſtione dicam latius in fine huius gloſ. Vbi teneo contra communem opinionem.

5 Ampliatur iſtud ſtatutum procedere † et in dote legato relicta, ut not. Bald. conſ. 286 ſuper 1. puncto lib. 3. quia mulier dicitur dotata etiam ſi in teſtamẽto dotetur. l. cum in plures. § penul. ff. de admini. tut. & in ter. Tiraq. de utroque retract. titu. 2. in uerbo finis num. 40. & Catel. Cott. in mem. incipit dos multa. Hinc uidemus, quòd ſi extat ſtatutum

6 † mulieres dotatas excludi a ſucceſsione, quod

fœminæ in teſtamentò dotatæ excluduntur. Ange.conſi.92.Fulg.conſ.40.Anchar.conſ. 168.Socr.12.uol.1.Doct.in l. Titio.§. Titio genero de conditio.& demõſtratio.facit ẽt,
7 quòd ſi ſtatutum dicit †omnia legata, & donationes inſinuari debere infra certum tempus,alias quòd poſsint peti caſſari non comprehendit legatum cauſa dotis,quia habetur pro dote uera,ut per Bal.Nouel.in tract.de dot.6.par.priuil.47.
8 Ampliatur etiam †ad dotem promiſſam; quia quemadmodum ſtatutum de dote lu-
9 cranda quod eſt odioſum,extenditur †ad dotem promiſſam, ut eſt com. op. ut no. Par. conſ.62.uolu.4.Cur.Iun.conſ.129.Rui.cõſ. 133.uolu.4.Decius conſi.35.nume.4.Et late Tiraq.ubi ſupra nume.32. Multo magis iſtud procedere debet in ſtatuto fauorabili quod eſt uerum, tam in dote promiſſa uxori; quam ſponſæ; tam de præſenti,quam de futuro,per ea quæ dixi in l.ampliat.& latius in meo tract.de præl.ſub ordine quæſt.in 2. par.in q.An ſponſa habeat bona mariti hypothecata pro dote. Et licite Silua.cõ. 2.nume.49.uideatur tenere contrarium ad not.per Bar.in l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacro ſanct.ecc.tamen prima opinio eſt uerior, & communior; & illud quod dicit Siluan.poſ-

ſet

ſet procedere ſecundum doctrinam Soz. in conſi.92.nume.6. uolu.1. u:delicet quando dos non eſſet ſimpliciter promiſſa; ſed infra certum tempus, infra quod ſi uxor moritur, uidetur, quòd maritus nõ lucretur dotem ſic promiſſam, licet etiam hoc caſu, crederem poſſe impugnari dictam ſententiam; quia lucrum dotis datur propter onera matrimonij; ita ut ſi maritus præfata onera ſupportauerit debeat lucrari dotem, ad ea quæ late not. Roland. a ualle in tracta. de lucro dot. q.4. cum ibi not.

10 Ampliatur etiã † in fauorem dotis putatiuæ, per ea quæ nõtat Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & alij in l. ſi cum dotem. §. ſi mulier. ff. ſolut. matri. Nicoſ. in tract. de pign. 2. par. mem. 4. nume. 105. Bart. in l. ſi concubinam. ff. rer. amot. Bald. nouel. in tract. de dot. par. 11. in prin. Camp. in eo. tract. par. 1. q. 97. Specul. in titu. de donat. inter uir. & uxo. §. formatis uer. ſed etſi. ubi dicit, quòd dos putatiua habet priuilegium perſonale, & reale, & omne

11 aliud, Bald. † in l. 1. C. de condi. ob ca. dicit, quòd ſi extat ſtatutum, quòd inſtrumentum dotale habeat exequutionem paratam procedit etiam in inſtrumento dotis putat. uæ, & ſequitur ibi Salic. & Alexan. in d. l. ſi cum dotem cum ſimil.

Am-

Ampliatur etiam † extendi ad dotem con feſſatam,ut late dixi in meo tract. de prælat. in q. An dos confeſſata. uerum eſt,quòd illud ſtatutum non fauet marito, neque creditoribus eius, quia minori ſpacio 16. annorū præ ſcribitur huiuſmodi confeſsio ad no. per Do ctо. in l. quod uir §. ſi uir. ff.de donat.inter uir.& uxor.Nat.conſi.438.nume.8.lib.2.de hoc eſt text.in Auth.ut exact. dot. ubi habe-
13 tur † quòd tranſacto decennio, neque maritus, neque eius creditores poſſunt excipere,& Ancha.conſil.307.nulli dubium, ubi dicit, quòd poſt decem annos dos confeſſata habetur pro uera dote; & tollitur omnis querela, Alexand.conſilio 90.uolu.3.& ideo ſtatutum huiuſmodi de præſcriptione nullo modo poteſt extendi ad dotem confeſſatam in fauorem mariti;uel eius hæredum ſiue creditorum, ſed in fauorem mulieris, poſtquā factus eſt locus repetitioni dotis: ſed uidetur
14 quòd † creditores ex cap.ignorantiæ poſſunt petere reſtitutionem in integrum,ut per Alexand.& Socin.in l.1.ff.ſol.matr.& Gozad.cōſil.28.nume.2.& 20.quod dictum reprobat Boer,deciſ.330.num.3,quia creditores ſemper allegarent ignorantiam,& mulieres nunquam eſſent tutæ,& ideo ſecundum illum creditores moroſi non ſunt releuandi.

Amplia-

15 Ampliatur etiam † procedere in dote præſumpta, ut per Socin. conſil. 80. uolu. 4. Cum conſi. 109. Calc. conſi. 11. Bald. conſi. 102. Mulierem maritus uolu. 4. & in tit. An mar. ſucc. uxo. in uſib. feud. Ro. conſil. 44. Io. Boſſ. in tract. de leg. nup. lib. 5. col. 2. licet Gozad. cõſilio 33. Socin. Iu. conſil. 29. nume. 16. uolum. 1. & Alexan. conſi. 144. uolum. 5. & Angel. cõ
16 ſil. 338. dicant quòd ſi mulier † dederit omnia bona marito, abſque mentione dotis non præſumatur dediſſe nomine dotis, quia huiuſmodi caſu ſtatutum noſtrum adiuuaret maritum pro præſumptione contra ſuperius allegatos Doct.

17 Ampliatur etiam † extendi ad augumentum dotis; quia ſtatutum loquens de dote comprehendit etiam augumentum, ut notat Abb. conſil. 46. uolum. 1. Camp. in tract. de dote par. 5. q. 9. Par. conſi. 119. lib. 1. & conſi. 61. lib. 4. & Paul. de Caſt. conſi. 190. uolu. 1. & eſt tex. in Authen. de æqual. Dot. §. illud & in l. ſi conſtante. C. de dona. ante nupt. & ego late dixi in tract. de præla. quæſt. An adulta poſſit facere augumentum.

18 Ampliatur etiam † quo ad dotes, & donationes ante nuptias conſtitutas ante ſtatutum ſic in terminis tenet. Cin. in l. 1. §. fin. C. de rei
19 uxor. act. ubi dicit † quòd noua præſcriptio noui-

nouiter inducta, reſpicit etiam ueteres obligationes, quod maxime procedit, quãdo præſcriptio inducta, non eſt perfecta ante ſtatu-
20 tum; quia quando † factum de præterito expectat perfectionem; & complementum, a facto de futuro lex noua ipſum comprehendit, ut uoluit gloſ. & Imol. in clem. 2. in uerbo in poſterum de ætat. & qualit. ubi dicit, quòd quando lex noua dat certam formam actui; licet etiam actus habeat ortum a præterito, dummodo habeat effectum de futuro ſub ipſa comprehenditur, ut late per Fel. in c. fin. nume. 11. de conſti. & Bal. in l. ſi ita ſcri-
21 ptum. §. fi. de leg. 11. ubi dicit † quòd ſi ſtatutum dat premium capienti bãnitum; & illum præſentanti curiæ habet etiam locum in eo qui cœpit ante ſtatutum & poſt præſentauit. Prout de cõmuni atteſtatur Ruy. ciuis meus in conſ. 49. uolum. 3. & Roland. in tract. de
22 lucr. dot. q. 93. ubi dicit, † quòd ſtatutum de lucro dotis habet etiam locum in dote data ante ſtatutum quod etiam uenit dicendum de donat. ante nupt. ad not. in Auth. dos data. C. de donat. prop. nupt. & per Cum. conſilio 26.

Si autem extaret ſtatutum, quòd Inſt de quibus non eſt petita exequutio ſint caſſa, ſtatutum huiuſmodi non extenditur ad præterita

ta quæ ſunt deciſa,ſententia, compromiſſo, uel tranſactione,etiam ſi ſtatutum traheretur. ad preterita Bar.conſ.87.uolum.1.Doctor.in l.cauſas.C.de tranſact. Dixi infra in gloſ.16.nume.7.Dicas autem ad hoc propoſitum,quòd ſtatutũ iſtud fauet mulieri in re ſibi donata ante contractum matrimonium, ita ut cõſtante etiam matrimonio poſsit perficere præſcriptionem,ſic per multa dicit Io. Anib.in l.naturaliter,nume. 224. ff.de Vſucap.ad not. in l.inter extraneos.ff. de donat. inter uir.& uxor.

23 Ampliatur etiam † procedere quoad hæredes mulierum ſeu maritorum iuxta diſtinctionem de qua ſuperius,quia ꝙ præſcriptio non currat ex forma ſtatuti,eſt prærogatiua

24 tituli,quia titulus dotis eſt perpetuus,& † cũ ſua cauſa tranſmittitur, eodem iure fingitur hæres,quo defunctus.l. 1. C. de priui.dot. & notatur in §.fuerat inſt.de act. ſecus autem ſi ſtatutum diceret,quòd præſcriptio non currat mulieribus,quia cum tali caſu prærogatiua eſſet perſonalis non tranſiret ad hæredes, ſimiliter quando uerba ſtatuti dirigerentur, ad dotes;ſed ex eiſdem uerbis appareret prærogatiuam eſſe perſonalem. In dubio autem

25 † præſumitur realis, ita inter Bal.conſi.286. ſuper primo puncto.uolu.3.& hæc uera ſunt

quo

quo ad hæredem, non autem hæredem hære
26 dis,quia q̃do priuilegiatus† incipit a ſe pſcri
ptionẽ,& ſuccedit ei aliq̄s non priuilegiatus,
ille nõ priuilegiatus nõ põt cedere priuilegiũ
pſcriptionis in alium,ut ſi præſcriptio longiſ
ſima inchoatur a muliere, & continuatur in
eius hęredem,hæres hæredis non poteſt uti
priuilegio dictæ præſcriptionis, inchoatæ a
primo defuncto: Cin. & alij in Auth. quas
actiones.C.de ſacr.ſan.eccle.late dixi de hu-
iuſmodi ampliatione in tract. de pręlat. in 3.
par.in q.quibus perſonis competat priuile-
gium.Pro nunc dicamus ſecundum Bal. in l.
hæredes.C.ad Vell.quòd multiplex eſt priui-
27 legium,† unum obligationem elidere debẽs;
& iſtud tranſit ad hæredem;quia cohæret cau
ſæ d.l.hæredes. Aliud perſonam eximens,&
iſtud etiam tranſit ad hæredes,licet non tran
ſeat ad interceſſores .l.neque.§.ſed utrum.ff.
de min. Aliud eſt perſonam præferens, &
iſtud non tranſit ad aliquos. Aliud cauſam
pręferens,& iſtud tranſit ad omnes.l.aſsiduis
C.qui pot.in pigno.Cum itaque ſtatutum no
ſtrũ reſpiciat rem ipſam. Idcirco priuilegiũ
præſcriptionis tranſibit ad quos res ipſa tran
ſit ſecundum diſtinctionem de qua ſuperius.
28 Obiter notandum eſt † ſecundum Soc.in cõ
ſi.121.nume.6.uolu.1. quòd ſtatutum loquẽs

de præſcriptione quo ad dotes non extenditur ad dotem matris predefunctæ, ut latius ibi per eum.

29 Ex eiſdem rationibus ampliatur † ſtatutũ procedere in primo ceſsionario dotis arg. l. ex pluribus de administ. tut quia quicquid eſt tranſmiſsibile ad hæredes eſt etiam ceſsibile. Ang. in l. ſi eius ad Trebell. & Barto. in l. ſi mulier. §. ex aſſe. ff. de iur. iur. & Bal. in l. 1. C. de priuileg. dot. & late de ueritate huius quæſtionis Ioachim. obſeruat. centuria. 3. obſer. 3. qui tenet contrarium, & latius Tiraq. de utroq. retract. tit. 1. §. 26. gloſ. 1. nume. 45. & gloſ. 3. nume. 29. & in 2. titu. §. 1. uerbo ouſſes glo. 6. num. 12. & Fel. in c. de quarta num. 38. de præſcript. quia non ualet arg. affermatiue quicquid eſt tranſmiſsibile ad hæredes, eſt ceſsibile, ut per Dec. in l. ſi maritus nume. 7. cum ſeq. c. de colla. & uide etiam circa hoc ibi per eum.

Limitatur ſecundum aliquos non procedere in fauorem dotis fœminæ ſpuriæ, quia non poteſt ipſa præſcribere dotem ſibi datam a patre contra agnatos; nam aut ipſa ſciebat ſe non poſſe capere à patre tanquam ſpuria. & tunc tanquã malefidei poſſeſſor nunquã preſcribit, aut ignorabat, & tũc idẽ eſt, quia iſta ignorantia iuris, quæ non excuſat, ut in termi

nis

nis per Bar.conſ. 119. Dominicus per totum uolu. 1. de cuius dicti ueritate uidendus eſt Boer. in deciſ. 127. per totum, ubi ponit, an pater teneatur, uel poſsit filiam ſpuriam dotare, ſed iſtud eſt reſpectu incapacitatis perſonæ; & nihil uidetur eſſe falſum, per ea quæ dixi in gloſſ. 19. nume. 104. ſtatutum autē iſtud principaliter prohibet præſcriptionem ſolutionis dotium in fauorem mulierum, quas intereſt Republicæ eſſe dotatas. l. 1. ff. ſolut. matri. & eadem ratio militat in filia ſpuria, quæ in legitima, quia non minus cum illa contrahitur uerum matrimonium, quàm cum iſta, quādo uerò circumſcriptis ſtatutis, uel etiam in illorum terminis præſcribitur dos, cui ſit imputanda culpa & negligentia. Vide Guid. Pap. conſi. 19. Paul. de Caſt. in c. nupta. §. 1. & in l. ſi marito. §. 1. & in l. Lucius. ff. ſol. matrimo. & late Boer. deciſ. 22. num. 18. ubi in fin. tenet quòd non ſit imputanda marito, & eius hæredibus, contra alios Doctores de quibus ſupra.

30 Limitatur autem non habere locum in fructibus ratione dotis nondum datæ marito; ut deciſum fuit in Rota coram Marſicano. 6. Februarii. 1542. Prout refert Mode. deciſ.
31 226. de præſcrip. Quia licet fructus † petantur actione de dote; ut per Bart. in l. ſi mari-

D 2 to.

to.§.fundum.ff. ſolut.matri. Nihilominus ſi fructus,tanquam ceſsiones non ſunt promiſſi,non debentur actione de dote ; ſed officio iudicis,ut per Camp. de dot. par. q.193. Vlterius fructus dotis non ueniunt eius appellatione;nec habent eius priuilegia, ut per Bald.nouell.in tract. de dot. par. 2. priuileg. 6.quod dictum limitarunt domini de Rota;
32 † dummodo obligatio non ſit conditionalis;ſi debitor fuerit in mora; quia tunc uoluerũt,quòd ſit locus præſcriptioni; & quòd plures pręſcriptiones requirãtur;ut per Docto.in l.ubi autem in §.ſi forte de uerb. obli. quia in huiuſmodi fructibus perſoluendis non committitur mora; niſi de anno in annum, quemadmodum in legatis annuis præſcribendis, & in contractu præſtationis annuæ; & fundamentum rotæ fuit illud, quod ego poſui in quæſt. de cenſu, quia in huiuſmodi obligationibus ſub conditione, adeſt uerbum diſtributiuum, ut tantum quolibet anno ſoluatur; iccirco dicunt eſſet plures ſtipulationes,& ſucceſsiue requiruntur plures præſcriptiones;ut per Ang.in l.ſtichum.§. ſtipulatio.ff.de uerbo.obliga. & per Alexan. & alios in l.de pupillo de nou.op.nunc. uide in glo. 19.nume.220.
33 Declaratur autem † iſtud ſtatutum nõ extendi

tendi ad longiſsimam præſcriptionem, quæ ſtatuto tolli non poteſt.ut per Doct.in l.nemo poteſt de leg.1.Bald.cõſi.44.contra quædam uolu.5. quod etiam procedit ſi ſtatutũ generaliter prohiberet omnem præſcriptionem,ut not.Bald.& Ange.in l. omnes.C. de præſcript.30.an.Afflict. deciſ.244. nume.5. ubi dicit procedere etiam nulla præſcriptione obſtante.& Fel.in rub.de præſcrip.nume. 18.dicit in terminis noſtris,quòd ſi extat ſtatutum,quòd nulla præſcriptio poſsit currere contra inſtrumenta dotalia non intelligitur ſublata,præſcriptio centum annorum,multa circa hoc accumulat Dec. conſi.499.& Tiraq.de utroque retract.in 2.titu.§.1. gloſſ.2. in uerbo Ateltemps. nume.12. & 28. gloſſ. in cap.1.§. præterea d. cap. Corra. in uſib. feud. & ibi Bald. Præp. Aluer.Iac.de Belu. Nicc.Neap. & Mart.Laud.& Din. conſi.48. nume.18.

Et Io.de Plat.in l.ſi quis Decurio la.2.C. de Decurio.lib.x.ubi loquitur in terminis ꝓpriis; ſubdens quòd tunc demum nulla currit præſcriptio etiam per mille annos ſtante prohibitione legis, quando res eſt affecta à lege,ut ſunt res ſacrę publicę,&libertates hominum,ac ſimilia,idem Io. Plat.in l.2. C.de ingen.& in l.agros.C. de fund. limit. lib.x.&

ſic intelligitur quòd ſupradictum fuit longiſſimam præſcriptionem nunquam cẽſeri ſublatam, & quòd dicitur rem ut ſupra affectam non præſcribi, extendas etiam ad rem dependentem, & cohærentem, quia licet præſcripta una re, ad aliam ſeparatam præſcriptio non ſe extendat; Tamen ſecus ad coherentem & dependentem. l.ij. C. de bon. uacan. lib.x. Anch. conſi.clxj. Cuman. conſi.clxij. Alexand. conſi.xiij. uol.6. Pirun. conſi. xxviij. & late Roland. à Vall. conſi.lxxviij. num.xj. uol. ij. & Abb. conſi.lxxj. lib.ij. Vbi dicit quòd præſcriptio decimarũ in agro partim culto, trahitur ad aliam partem adhæretem incultam; ſi contingat eam reduci ad culturam, ut not. Fel. in c. cauſam in fin. de præſcript.

34 Credo etiam † quòd ſtatutum iſtud, prout in principio dicebam contra communem opin. faueat mulieribus pro rebus etiam non dotalibus, & maxime in illis locis, in quibus uiget ſtatutũ prout fere in tota Italia, quod uerba ſtatutorum debeant intelligi, ut iacet, prout dixi infra in uerbo creditores, in 30. limit. adnot. per Corn. conſi.xiij. uolum. ij. ubi

35 † dicit quòd ſtatutum loquens de creditoribus non extẽditur ad fœminas ſequitur Do. nicus Soc. Iun. conſi.j. nu.cij. uol.j. Immo uidetur etiã quòd in propriis terminis ſtatuti

noſtri

noſtri non comprehendantur fœminæ, quia
36 † in ſtatuto exorbitanti, & odioſo maſculinũ
non concipit fœmininum, ut per Socin. in d.
conſi.i.nume. 10 .& Car. in clem.i. de elect.
nume. 8. ubi de mente Dini dicit, quòd in ſta
tutis maſculinum non concipit fœmininum:
ſequitur Alexan.conſi.xxiiij.uolu.ij.& Corn.
37 conſi.ccxxj.uol.4.quia † non ex proprietate
uocabuli, ſed ex extẽſiua interpretatione ma
ſculinum concipit fœmininum.l.cũ in ado-
ptiuis.§.quæ in filio ibi, quæ in filio diximus
in filia extendimus.C.de adopt.hoc etiam te
nuit Signor.conſi.ccxx.& Fulg.cõſ.ccxxxiiij.
Socin.in regu.cclv.fal.3. & ideo Fulg. conſi.
75.dicit, quòd ſi extat ſtatutũ filiusfamilias
non poſſe contrahere ſine conſenſu patris nõ
trahitur ad filiamfamilias; quod etiam uoluit
Alexan.conſi.45. & conſi.cliij. lib.7. Angel.
conſ.67.ubi dicit, quòd ſtatutum loquens de
bannito non habet locum in fœmina banni-
ta.Prout refert Dec.in l.ij.nume.85.de reg.
iur.late Iaſo.in l.ſi quis hic de iuriſ. om. iud.
& Tiraq.de utroq; retract.in titu.1. in uerbo
Ou lignagier; in gloſ.9.§.j.nume.clxxviij.uſ-
que ad nume.ccxliij.Anto. de Rub.conſi.63
& conſi.cxxviij.& omnes Doct.in l. quicun-
39 que C.de ſeru. fug. In hoc aũt † conueniunt
omnes, quòd quãdo ſtatutum continet odiũ

irrationabile nunquam comprehēduntur fœminæ,ut per Tiraq.ubi ſupra num.cciij. Ego
40 autem † adhæreo opinioni Socra. & Cornei, ubi ſupra quòd ſtatutum exorbitans a iure cō muni,loquens de creditoribus non extendatur ad fœ mi.quod maxime procedit,quando ſtatutum profert maſculinum qualificatum, ut puta,quia dicit ſtatutum, quòd omnis creditor,illud uerbum omnis eſt aptum comprehendere fœminam de ſe,ſed quia eſt qualificatum propter dictionem creditor,quæ ſimpliciter non eſt apta comprehendere fœminam,iccirco in odioſis non debet fieri extenſio,cap.quoniam.§.penult.de Simon.Cepol. in l.i.num.8.de uerb.ſigni.Sed facit dubium, quia in ſtatuto urbis particulariter excipiuntur dotes,quæ exceptio uidetur firmare regu
41 lam in aliis rebus.Reſpondetur autē,† quòd exceptio nunquam facit comprehendere ſub regula caſus,qui alias comprehenſi non fuiſſent;ut per Ale.conſ.53.uolu.3.& Goz. cōſ. xvj.nume.vj.& conſi.lvj.nu 48.Soci.conſ.47 uolu.j.& Corneus conſ.57.volu.j.Et ſic cum in primo caſu non comprehenderentur aliæ res mulierum præter dotes; non debent etiā comprehendi propter exceptionē factam.

Et propterea licet aliquibus ſtatutis prohibeatur opponi quælibet exceptio,niſi falſitatis,

tatis,ſolutionis,& nouationis, non propter hoc intelligitur ſublata exceptio præſcriptio nis,dicat quid uelit in contrarium Grauet.cō ſil. 201.nume.38.prout uidemus de obligatio ne in forma Cam.quæ de ſtilo non patitur ni ſi tres exceptiones; & tamen præſcriptio illi obſtat ut dixi in ultima gloſ.& ultra rationes ibi adductas,facit quia quando lex uel ſtatutum tollit exceptiones, aliquas reſeruando, nunquā intelliguntur ſublatæ ſimiles expreſſis. Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis Iuſ.dic. non obtemp. ſed præſcriptio habet uim ſolutionis,& impe dit litis ingreſſum ut dixi in ultima gloſſ. ergo reſ.ut late per Imol.in l. quæſitum nu. 2. ff.de re.iud.& Bal.in l.fratres.C. de Tranſac. ubi ad caſum noſtrum de bonis mulierum nō dotalibus. Et dictat ratio,quia ſtatutum in
42 tendit punire negligētes,& deſides,quæ † ne gligentia non poteſt conſiderari in fœmina ſicut in maſculo propter fragilitatem ſexus,
43 quia † mulier plerunque contra propria cōmoda laborat.l.1.& 4.C.de ſpōſ. notat Boe. conſi. 28.nu.1.& Anto.de But.in c. cum contingat de iur.iur. dicit, quòd iuramentum a muliere pręſtitum propter ſexus fragilitatem præſumitur doloſum, ut etiam per Paul. de Caſt.conſi.203.& Boer.conſi.39.num.6.Mu lier enim ducitur,& reducitur ad placitum,

quia

quia neſcit quid agat,ut not. Are.in l.ſi ſuperſtite.C.de dol.mal.& ideo deſidia & negligentia in ea non debet puniri, ſicut in maſculo, ut not.Soc.in d.conſil.1.nume. 131. & Curt. Iun.conſil.78. Alter Soc.conſi.121.uolu.4.& idem Socin.Iun.conſi. 20.nu.42.& conſi. ſeq. nume.3.& conſil. 23.nume.45.& 58.uolu.1. & conſi.186.nu.9.uol.2.ubi dicit, quòd prudentia in muliere non reperitur,ſicut in uiro, & dicitur habere conſilium inualidum, & eſt deterioris conditionis,quàm ſit maſculus: ut not.idem conſi.116.num.1 .eod.uol.& Dec. conſi.45.& ex his concludenter mihi uidetur eſſe dicendum, quòd mulieres non comprehendantur ſub huiuſmodi ſtatuto pro rebus
44 etiam non dotalibus,uel ſaltem † dicamus, quòd ei ſuccurratur per uiā reſtitutionis in integr.adnot. per Afflict. deciſ. 216. cum ſimil.& ne ſtatutum huiuſmodi ſeruiat,de uen
45 to dicamus † quod loquatur,quo ad maritos qui non fuerunt confeſsi recepiſſe dotem, quia contra tales non currit præſcriptio ſta-
46 tutaria pro dotibus,ſecus † pro earum uſuris,quia uſuræ dotium præſcribuntur ſpacio decem annorum,ut per Bald.conſi.474.poſt biennium uolu.3.quia præſumuntur remiſſæ ut etiam tenet Iaſ.in §.fuerat num. 20.de act. & late Marſil.ſingul.ccclx. ſcribitur, & hæc

adde

adde ad intelligentiam illorum, quæ dixi ſupra de fructibus nume. 20. quia non ſunt contraria cũ ibi dicatur de fructibus promiſsis, hic de debitis poſt biennium a die non ſolutionis dotis.

Notandum eſt autem de mente Io. Fabr. in l. j. C. de bon. mater. unum de directo contrarium, quòd ſi conſuetudine cauetur mulieres nõ poſſe agere ſine cõſenſu mariti, nihilo minus illis currit præſcriptio, ex quo poſsũt agere in curia eccleſiaſtica, q̃ non utitur ſimilibus cõſuetudinibus, ſed iſtud dictũ Fab. non mihi placet, quia non minus improbantur iſtæ præſcriptiones a iure canonico quã cõſuetudines de quibus ſup. ad not. per Doc. in c. fin. de præſcrip. Pariſ. conſ. 7. num. 24. & conſ. 15. num. xx. lib. j. & late Cephal. conſil. xl. num. xv. uolu. j. ubi ſubdit, quòd in materia præſcriptionum debet ſeruari ius canonicũ. ſi ergo præſcriptio, in qua uerſatur maius peccatum, cum non poſsit induci ſine alterius iactura ſubuerteret illam conſuetudinem quòd uxor non poſsit contrahere ſine conſenſu mariti: quæ eſt inducta ad euitandum fraudibus ſequeretur abſurdum admittendo peccatum ad excluſionem alterius rei, ita non dannoſe, & propterea ne melior ſit conditio unius quam alterius ſi contra mulierem agatur co

ram iudice temporali, dum excipitur de præſcriptione poteſt per ipſam replicari de conſuetudine, ſi uero coram eccleſiaſtico impugnatur dicta conſuetudo, poteſt impugnari dem iure præſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Tributum quid ſit.*

2 *Tributa & cenſuræ quando ſoluuntur in ſignum ſuperioritatis non poſſunt præſcribi.*

3 *Tributa præſcribuntur contra principem inferiorem.*

4 *Quomodo præſcribantur tributa & cenſus.*

5 *Non eſt neceſſaria ſcientia illius contra quē præſcribuntur tributa.*

6 *Tributa contra priuatos præſcribuntur ſpacio* 10.*annorum.*

Et debitis tributorum. Gloſ. IIII.

1 TRIBVTVM † eſt munus ordinarium quod ſoluitur de poſſeſsiōibus proprijs, & idem eſt quòd cenſus, Annona publica functio & penſitatio.l.ætatem. ff. de cenſ.gloſ.Bar.& Paul.de Caſt.in l.j.§.j. ff. de

de publ.Io.Fab.in §.adeo Inſtit.loca . Bald. in conſil.cxij.de generali uolu.ij.Cepol. in l. eum qui uectigal.de uerb.ſign. & huiuſmodi
2 tributa † & cenſus quando ſoluuntur in ſignum ſuperioritatis nō poſſunt præſcribi de iure.l.cum perit.C.de præſcript.30.an. & ibi Bart.Butri.& Salicet.qui dicit,quoad dominium poſſunt præſcribi,non autem quoad ſo lutionem canonis; idem tenet Ang.in l.iubemus.C.de fund.patrimo.lib.12.Io. And.in c. conſtitutus de releg. dom. & ibi Ancha. & Abb.in cap.ad audientiam de præſcript. Hoc dictum procedit,quoad principes non recognoſcentes ſuperiorem; ut tenent Docto. in
3 alleg.locis ſecus† autem in inferioribus;quia tunc bene præſcribuntur . Abb.conſi.102.uo lu.xj.Iaſ.in l.imperium de iuriſ.om.iud.Soc. conſi.86.nume.xiij.uolu.j.Par.conſil.25. nū me.20.uolu.4. . Vide Laur.Silu.conſi.j. nume.clxvj.Corn.conſi.cxlij.uolu.3.Bar.con ſil.lxiiij. & cxxv. Bello. conſil.j. numer. xvij. Balb.de præſcript.part.ij.v.par.q.vij. & idē Laur.Silua.eod.nume. clviij. ubi dicit quòd ut etiā in præſcriptione ſeruitutis negatiuæ, ut eſt illa altius nō tollēdi requiritur ſcientia & patientia Domini;& ad hoc propoſitum de illis,quæ tangunt plenitudinem poteſtatis ponit Afflict. in uſibus feud. tit. de prohibit. feud.

ſeud.alien.per Feder.l.Imperialem.§. præterea in 4.not.nume. 43. Et ideo ſtatutum urbis cum ſit conditum a recognoſcentibus ſuperiorem, optime prouidet ad huiuſmodi
4 tributa & cenſus.Præterea † ius exigendi tributa,cenſus plerumque præſcribuntur, ut ſi quis probaret ſe aliquando interpellatum fuiſſe,ut ſolueret tributum,& non ſoluit.l.cũ ſimus. C. de Agri. & cenſ. quemadmodum etiam præſcriberetur,ſi appareret de contradictione,& recuſatione.l. hæc autem de ſeruit.urb.præd.uel quando adeſt bona fides ſcientia uel patientia,ut per Alexand. in conſil. cxxxvj.uolu.ij.& conſi.xxxvj.uolu.v.Pir. Angel.in conſue.Aurel.in tit.de præſcri.c.iiij.& Cor.conſi.clxij.uol.ij.& latius conſ.cclxviij.
5 uolu. iiij. immo † non eſt etiam neceſſaria ſcientia illius contra quem præſcribitur, ut uoluit Anto.Rub.conſi.xxj.nume.vij.ubi dicit etiam conſuluiſſe Alex. qui atteſtatur de communi conſi.vj.uol.1.& Fel.in c. de quarta de præſcript.& late per Dec.conſil.lxxxv. ſecus uero ad præſcribendam ſolutionẽ,quia ab initio ſcientia eorum cui debetur, & qui debet tributum requiritur,ut per Bart.in l. ſi publicanus.§.fin.ff.de public. Ale. conſil.xvj. uol. 5.& late Laurent.Silu.conſi.1.nu.clxv. cũ ſeq.In illis itaque caſibus in quibus currit præ

ſcriptio

ſcriptio de iure communi etiam contra rem publicam;ut notat Par.conſi. xxxv. nu. xxvij. uol.j.Bal.Salicet.& Paul.de Caſt.in l.fi.C. de ſacr.ſan.eccle.Aret.conſi.cliiij. & Alex. conſil.xvj.uolu.5.ſtatutum uoluit prouidere, & declarare, quòd non comprehendatur ſub ſtatutaria præſcriptione,quod uerum eſt contra rempublicam,uel principes, ſecus contra
6 priuatos,contra quos † præſcribuntur huiuſmodi cenſus ſpacio 10.annorum, ut per Bar. Pau.de Caſt.in l. licitatio. §. eorum de licit. Alex.conſ.xxx.uolu.v.& Par.qui multa coaceruat.in conſi.xxv.nu.xxviij.uolu.j.& latius dixi in gloſ. contra omnes creditores.

SVMMARIVM.

1 *Contractus uſurarius etiam iuratus non ualet.*

2 *Vſurarius eſt infamis ipſo iure.*

3 *Frater ſi inſtituat uſurarium poteſt agi de inofſi.teſt.*

4 *Vſurarius eſt ſimilis leproſo & peccat contra naturam.*

5 *Notarius qui conficit inſtrumentum uſurarium eſt perpetuo infamis & priuatur officio.*

6 *Debitor ſi pateretur per ſententiam uinci ab uſu*

uſurario poterit quandocunque petere reſciſſionem dictæ ſententiæ.

7 *Aliud eſt inſtrumentum aliud contractus.*

8 *Qui renuntiat inſtrumento non uidetur renunciare contractui.*

9 *Statutum de inſtrumento extenditur ad contractum, quando aliter non poteſt probari.*

10 *Statutum extenditur etiam in odioſis in his quæ concernunt periculum animę.*

11. *Statutum loquens de uſuris non procedit in uſuris quę computantur in ſortem.*

12 *Contra naturam eſt, quòd denarius faciat denarium.*

13 *Vſurę quando ſint licitę.*

Inſtrumentis autem uſurarijs.
Gloſ. v.

1 CONTRACTVS †uſurarij etiam iurati nullum robur habent, & iſta exceptio uſurariæ prauitatis eſt perpetua, ut not. Bald. cõſil. cccxxij. utrum uolu j. Dec. in l. petens. num. 7. C. de pact. Ger. de Pet. ſan. ſingul xviij. Soc. Iun. conſi. cxlv. nume. lix. uolu. j. Barb. conſi. lj. uolu. j. Alexand. conſi.

cōſi.l.uol iij.& late Cur.Iun.in d. l. petēs nu. 14.& dictat rō.& q.a uſurarius eſt infamis ipſo iure gl.Cin.Bar.& Bal.in l.improbus. C.ex
3 quib.ca.inf.& pp odiū uſurarū ſi frater† inſtitueret aliquē uſurariū pōt agi q̄rela inofficioſi teſtamenti.l.fratres, & ibi Iaſ. nu.18.C. de inoff.teſt.& ita conſuluit & obtinuit Ant. de But.ut per eum in ca.Rainutius de teſtam.Ma
4 theſil.ſingu.199.& faciunt † notata per Bal. cōſi.449.ius naturale uolu.3.ubi dicit, quòd uſurarius eſt ſimilis leproſo,qui propter morbi contagiem alios inficit; & ideo deberent omnes principes de conſortio ſanorum eos expellere,quia peccant contra naturam cum impoſsibile ſit de iure naturæ,quòd ſemel unum ſit bis unum; & ita eſt odioſa, uſuraria prauitas, quòd etiam non poteſt tollerari in uno numo; ut not. Anto.de Prato conſi. 45. inter conſil.Alex.uol.4. Late de hoc Cephal.conſi.40.num.36.lib.1.& Bellon. conſ. 78.nume.7. ubi dicit quòd aſſerens uſuram non eſſe peccatum eſt hereticus not.in clem. 1.§.fin.de uſur.quia uenit contra id quòd diſponit eccleſia Romana, cui omnes ſubiecti ſumus,& aliter ſentire eſt hereſis,ut per Oldrad.conſi.271.& in ſimilibus dicit Cardinalis Araceli in tract.de ſacra.Mat.c. 66.in fin. quòd ille qui aſſerit non poſſe præſtare quòd

legitime uouit dicitur profiteri hereſim Marſionis & Manichei quia omnia poſsibilia sũt credenti. & propterea eccleſia uult uotum ſolenne adimpleri niſi aliter ab ipſa eccleſia propter aliquas circunſtantias determinetur. & ad rem noſtram dicit Alexand.conſil.46. uol.3.quòd contractus uſurarij nunquã præſcribuntur.& late proſequitur Caſſan. in conſuet.Prurg.in Rubr.des rentes §.j.nu.19. Rebuff.in l.unica nu.102.C.de ſent.quæ pro eo. quòd intereſt,immo & proxenetæ ſiue mediatores ſimilium contractuum tenẽtur ad reſtitutionem gloſſ.in l.ſi ſcientè. ff. de homicid. Bar.in l.j.ff.ad Turpillianum.Doct.in c. Michael de Vſur.& Petr.Pau.in ſuo Alphab. in uerbo proxeneta; & propter grauitatem rei, in qua tractatur de periculo animæ, credatur uni teſti tãtum ut dicunt Doct.in c. præterea de ſponſ.& late proſequitur Imol. conſ. 91. nume.4.notandum eſt autem quòd quando Iudex eccleſiaſticus uult procedere in cauſa uſuraria non poteſt inhibere iudici ſæculari, coram quo petitur executio Inſti. niſi citato uſurario ut eſt communis opinio, de qua per Federic.de Sen.conſi.300.& Alexand. conſi. ix.uolum.iiij.& Roland.conſ.77.nu.25. uolu.2. Et Notarius † qui conficit inſtrumẽta ſimilia eſt perpetuo periurus & infamis & priua-

priuatur officio,ut per Rom.ſing.cxxxv. Pone quòd notarius,quia eodem tempore contẽnit Deum, naturam,& ſcripturas.unde cũ interrogatus fuiſſet M.Cato quid eſſet fœnerari?reſpondit,quid eſt hominem occidere? ut atteſtatur Cicero in lib.1.de officijs. in odium itaque iſtorum inducit ſtatutum, quòd ſpacio octo annorum præſcribatur debitum uſurarium,uidelicet quo ad debitorem, ut nõ teneatur aliquid ſoluere:quia quo ad creditorem per ea quæ ſupra dixi perpetuo poteſt
6 excipi:immo † etiam ſi debitor pateretur per ſententiam uinci omittendo exceptionem inductam a iure uel ſtatuto,poſſet nihilominus quandocunque petere dictam ſentẽtiam reſcindi, quia nunquam tranſit in rem iudicatam,ut late not. Tiraq.de utro.retract. in uerbo Ateltemps.§.1.gloſ.ij.nu.31.& Bal.in l.ij. C.de uſur.& ego recte dixi quòd iſtud ſtatutũ nõ reſpicit fauorem creditorum: qui cum ex facto proprio ſint ſemper in mala fide,nunquam poſſunt præſcribere, ut not. Alc.conſi. 26.li.3.Sed quia iux.doct. omniũ ſcribentiũ in ca.debitores de iur. iur. debitor qui uſuras ſoluere iurauit omnino tenetur ad eas, licet poſtea repetere poſsit, & ideo uoluit ſtatutũ priuilegiare debitores,ut amplius poſt octo annos non poſsit conueniri. & iſtud ſtatutũ

non ſolum habet locum in inſtrumentis,quę publicè fiunt ſed etiam in illis,quæ ſolent fieri occultè,ut ita de facili non detegatur uſuraria prauitas argu.eorum quæ dicit Soci. cõſi. 108.uolu. 4.ubi uoluit quod ſtatutum inducens præſcriptionem inquiſitioni formandæ procedat eam in occultis, quam publicis delictis. & adhoc multa allegat ultra ipſum Marſil.in ſua praxi in §.conſtante nume. 85. cum ſeq.& plura Laur. Silu.conſi.7.nume.ij. ubi atteſtatur de communi;ſed dubitari poteſt, quia ſtatutum non tollit contractũ uſurarium ſed inſtrumentum ipſum,& ideo poterit creditor niſi ex contractu probato per
7 teſtes,uel alio modo,quia aliud † eſt inſtrumẽtum aliud contractus,& non infertur de uno ad aliud,ut per Fel.in c.ex parte de off.deleg. Specul.in tit.de excep.§.j.Aliud eſt enim cõtentum aliud continens l.rerum mixtura.ff.
8 de uſucap.& † qui renunciat inſtrumento nõ uidetur renunciare contractui, ſed tantũ probationi ipſius; ut per Bald. in l. labeo.§.j. de pact.quia uitiato inſtrumento non uitiatur contractus;Imol.Paul.de Caſt.Alexan. & alij in l.ſeruum filij §.eum qui de leg.j. Alex.cõſi. clxx.lib.vij.& conſi.cxxij. uolu.ii. Soc. conſi. ij.& xcij.uolu.iij.& in terminis Bald.in l.ulti. C.de fal.cauſa adiect.ubi dicit, quòd ſtatutũ loquens

loquens de contractu, non refertur ad inſtrumentū nec econtra: ſequitur Dec. conſi. xvij. nume. iij. & in c. cum uenerabilis nume. xxiij. de excep. & Imol. in conſi. xvij. Poſſumus dicere extendendo ſtatutum ad contractum, ut alias uoluit Rot. coram Marſica. ad deciſionē
9 xvj. Car. Put. de conſtitut. ſtatutum † de inſtrumento ad contractū extendi niſi aliunde probaretur, ſed aliunde non poteſt probari contractus uſurarius, quia qui dicit ſe uſurarium detegit turpitudinē ſuam, & non eſt audien-
10 dus. præterea poſsimus dicere † ſtatutum eſſe extendendum de inſtrumento ad cōtractum, quia inſtrumenta nō poſſunt eſſe uſuraria de per ſe, niſi uſura oriatur ex contractu. fit etiā extenſio quæ etiam in odioſis & correctorijs admittitur in his, quæ concernunt periculum animæ, ut not. Archid. in cap. j. in uerbo quacunque re. de ſtat. relig. lib. 6. & Anto. de But. in c. inter Monaſteriū col. j. de re iud. & Abb. in c. ex tenore qui fil. ſint leg.

11 Poſſet autem iſtud ſtatutum limitari, † ut non procedat in uſuris, quæ computantur in ſortem, quia tali caſu non uidentur prohibitæ, ut no. Bal. in l. cunctos populos C. de ſum. trini. & in l. ſi ſociū ff. pro ſocio. Car. in clem. j. §. fi. q. 8. de uſur. & Abb. in cap. conqueſtus nume. vj. eod. tit. Paul. de Caſt. conſi. xix. præ-

 ſens

ſens dubium Alexan.conſi.3.Calimachus uo lumi.iiij. idcirco in iſtis caſibus non curret præſcriptio minori ſpacio.xvj.annorũ;quod dictum uidetur etiam procedere,quãdo uſuræ petuntur propter dãnum emergens; quia probata emergentia poſſent peti ſub nomine intereſſe,ut per Bald.in d.l.cunctos populos, ſed quia aliquando petuntur uſuræ pro intereſſe lucri ceſſantis,dicit Bald.in l.j.C.de ſent.q pro eo,quòd nõ poſſunt peti ſub ratione intereſſe probati, uel probandi ubi uſus rei cum dominio tranſlatus eſt, ut in extrauag.Ioannis quia quorundam,ſed ſi translatus ſit uſus rei ſine dominio,ut in pecunia cõmodata,uidentur uelle Theologi,quòd quædam parua remuneratio poſsit præſtari pro iuſto uſu; quod dictum crederem uerum ſi res commodata diminueretur ex uſu, ſecus autem quando non diminuitur,ut in pecunia
12 accommodata,quia † contra naturam eſt, ꝙ denarius qui eſt quid artificiale pariat denarium,ut not.Alb.in reg.peccatum num. xiiij. de reg.iur.& eſt tex. in c.ſicuti diſt.xlvij. de uſur. ubi habetur ex arte nequiſsima naſci, quòd aurum ex auro oriatur.Bald.in d.l. cunctos popolos,dicit,quòd quando facta relatione præſtationis quæ dicitur uſura ad aliud antecedens,quaſi facio,ut des, uel uendo ſiue

trado

trado ut des,uel patior, ut des, uel ſuſcipio periculum,ut des,in his proprie non dicitur cadere uſura,quia non eſt lucrum,ſed quædã recompẽſatio,& hæc quæ ad uſuras ex facto
13 hominis. De uſuris † autẽ ex facto legis, Bal. in d.l.cunctos populos dicit, quòd aut ſunt introductæ fauore creditoris, & odio debitoris,& tunc talis lex non ualet, quia eſt contra legem diuinam.leuit.c.xxv.Exod.xxij.Deut. 23.Pſal. 14. Domine os habibit Ezech. 18. Luc.vj. Aut lex inducit uſuras fauore debitoris ne compellatur ſoluere ſortem quamdiu vult præſtare uſuras & tunc ſecundum Bald. ſunt licitæ,ſed non ita de facili eſt approbanda iſta opinio, quia meo iudicio aduerſatur ſacræ ſcripturæ,ut apud Lucã,uidelicet;Mutuum dantes nihil inde ſperantes.ego autem in his & omnibus alijs,quę dicam me ſubmitto correctioni & determinationi ſanctæ matris eccleſiæ. Notandum eſt autem pro intelligentia ſtatuti noſtri, quòd in omnibus rebus in quibus agitur de uſuris,quæ ſunt veræ uſuræ, ſtatutũ manet in ſuo robore ita ꝙ etiam extendatur in fauorem vſurarij cõtra alium vſurarium,verbi gratia,vt vſurarius nõ poſsit conuenire vſurarium vltra tempus a ſtatuto diffinitum,ut no.Mil.in rep.in verb. uſurarius.

 Et

Et q̄ dicitur contractum uſurarium non ualere etiam ſi ſit iteratus; illud idem procedit in cōtractu ſimulato, ut dicit Bar. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. & Bellon. conſi. 4. nume. 6. & conſi. xlvii. nume. vii. & conſi. ſequ. nume. 4. quia exceptio ſimulationis eſt perpetua, ut per Doct. in l. j. ff. ſolu. matri. & Cephal. conſi cj. nume. xxv. uol. 1. Ruin. cōſi. cxxx. lib. j. Rip. cap. 6. lib. iij. reſpon. Gozad. conſi. xxviij. num. 24. & late Crauet. con. 81. per totum, nec illis exceptionibus poteſt renunciari, ut per Bar. & communiter Doct. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & dum Roland. in conſi. 83. nume. xl. uolu. ij. tenet quòd ex interuallo renunciari poſsit; nō ita loquuntur Doctor. ab eo allegati; ſed dicunt quòd geminata renunciatio facta ex interuallo facit ceſſare præſumptionem ſimulationis; ſed propterea non infertur quòd non poſsit probari illam interfuiſſe, arg. quòd dicitur q̄ licet præſentia propinquorum faciat ceſſare præſumptionem metus in contractu mulieris, non tamen tollitur quin poſsit probari cōtrarium. Corn. conſi. 124. nume. v. uolu. 3. & late Cephal. conſi. 142. nume. 53. uolu. j. ubi ſubdit quòd conſenſus duplicatus non tollit dolū; & propterea dicit Roma. conſi. 391. quòd cōfeſsio geminata etiam iurata poteſt reuocari

dicto

dicto de errore licet propter geminationem uideatur ceſſare præſumptio erroris,ita ut in illo ſe fundans arctetur ad probandum, & ita declarat Sozi.conſi.238.lib.2,

SVMMARIVM.

1 *Fama publica regulariter probatur per duos teſtes.*

2 *Statutum addit iuri cõmuni, alias non ualet.*

Sufficiat probatio. Gloſſ. VI.

REGVLARITER ad probandam famam publicam
1 † quæ ſufficit in caſu ſtatuti, ſufficiunt duo teſtes, ut not. Ioan. de Anan. conſi. 1.nume.8.Bald. conſi.405. uolu.5.Dec.conſi.cclxxii.Salicet.in l.ea quidem uerſi.ad ſept.q.C.de accuſa.& Alexand. conſi.li.nume.v.uolu.i.ubi dicit, quòd fama & communis opinio probatur etiam per teſtes ſingulares ad not.per Inno.in c.qualiter
2 & quando de accuſat.ſed ſtatutũ† uoluit addere,aliquid iuri communi adnot. per Dec. in d.conſi.cclxxii. nume.8. & Bart. in l.ii.de uſur.& in l.4.§. Prætor ait de damn. infecto: quia

quia aliàs non ualeret.Io.And.in c.i.de cōſti. lib.6.Bart.in l.nemo num.4.c.de theſau. lib. x.& Alexan.conſi.227.nume.xvii.uolu.6.& & ſemper omni materiæ probationis famæ recurre ad capel. Tholoſ. deciſ.ccclxxix. per totum cum addit.

Vide etiam hic Alex.conſi.90. nume.4. & conſi.ccviii.nume.xi. uolu.ii. & conſi.lxxxiii. nume.viii.uolu.3. & conſi.ci.nume.ix. uolu. vi.Bellon. conſi.lxxi. nume.5.& Aret. conſi. xlii.Ego autem credo quòd ſtatutum requirat hic plures teſtes, ut addat iuri communi, quia fama de per ſe non eſt ſpecies probationis,ſed adiuuatur probationibus ut dicit Bal. conſi.cccxlvii.uol.5.non ab re. autem notandum eſt,quòd ſi teſtis examinatur ſuper fama diceret articulum uerum,quo caſu uidetur ſufficiens depoſitio,ut dicit Bal.in l.ſi defenſor. §.ſi interrogatus.ff.de interrog. actio. Nihilo minus ſi deinde interrogatus quid ſit fama,diceret ſe neſcire,non probaret;ſecus ſi prius interrogatus fuiſſet à quibus audiuerit, & dixerit à pluribus,uel maiori parte uiciniæ; quia ſi deinde interrogetur,quid ſit fama,dicat neſcire,dicitur probare quia dicetur uelle dicere ſe neſcire diffinire famam, quæ diffinitio eſt de iure,ut per Alexan.conſi.xvii. nu.4. uol.4. & teſtis non tenetur deponere ſuper illis, quæ ſunt

ſunt iuris,ſed tantum factum, ut dicit idem. conſi.xxviii.numc.xv.uol.5.cum iſtud eſſet iu dicare; quod dictum forſan non procederet in doctore cum turpe ſit ignorare ius in quo quis uerſatur.unum autem nota; quòd ſi ſtatutum urbis,non eſt et confirmatum à Papa, uideretur quòd non ualeret, quia ſtatuta huiuſmodi diſponentia de modo probandi contractum uſurarium non ualent.Feder. de Sen. conſi.xcvi.Alexan.conſi.39.uol.4.Deci.conſ. 170.& late Roland. conſi.xcvi.nu. 50.uolu.ii.

SVMMARIVM.

1 *Publica fama,quæ oritur in uicinia probat malam fidem.*

3 *Vicinus contrahens cum minore abſque ſolemnitate ſtatutaria præſumitur in mala fide.*

4 *Emens rem ab aliquo,qui eam emerat a uicino minore non facit fructus ſuos,quia præſumitur malefidei.4.*

5 *Coniuncta perſona præſumitur ſcire ætatem ſui coniuncti.*

6 *Teſtis probat in cauſa ſcientiæ, quia uicinus.*

7 *Vicino non competit reſtitutio ex capite ignorantiæ.*

Vocati

Vocati de contractis contrahentium, Gloſ. VII.

1 STATVTVM †uoluit inſtrumentum uſurariũ probari per teſtes de contracta, quia publica fama quę oritur in uicinia conſtituit quem in mala fide, ut not. Car. in conſil. 38. P. Comes. & Areti. conſil. 15. Reuerẽdiſ. Pater. D. meus Soci. Iun. conſ.
2 69. nu. 52. uol. 1. ubi dicit † de mente doct. ꝙ ſi quis uicinus contrahit cũ minore abſque ſolennitate ſtatutaria præſumitur in mala fide & non excuſatur ignorantia, etiã ſi minor iuraſſet ſe maiorem: quia multo magis ſcire poteſt uicinus ætatem minoris, quàm ipſe iurans, ita quòd non poſsit negari quin ſit in mala fide; & ita tenet Grani. qui multa coaceruat in deciſ. 12. num. 7. cum ſeq. & Angel. conſil. 160. Maria. Soc. Sen. conſi. 24. nume. 17. uolu. 1. ubi dicit iſtud etiam procedere, quoad extraneum, ita quòd nec faciat fructus ſuos, &
3 ibi numero. 18. dicit † quòd ratione uicinitatis ſit præſumptio, ut etiam emens ab eo, qui rem minoris emerat, nunquam præſcribit, nec facit fructus ſuos ad not. per Bal. & Ange. in l. ſi tutor. C. de pericu. tut. & Soc. conſilio

clxxxvij.

clxxxvij nume.xxvij.uolu.2.dicit quòd fama, quòd res erat libera,uel alicuius perſonæ inducit malam fidem. Ego credo † iſtud eſſe ue
4 rum quatenus uicinus eſſet antiquus in uicinia; & habitauerit ante natiuitatem minoris;ſecus ſi poſt;niſi aliunde probaretur,quòd ipſe habebat notitiam minoritatis, ut puta, quia fuit compater,uel quia uidit eum lactã-
5 tem,uel † ſi eſſet coniuncta perſona: quia nõ præſumitur ignorare ætatem, ut uoluit Grã. deciſ.lxvj.nume.xxxiij. adnot. per Alex. in l. qui iuraſſe.ff.de iur.iuran. cum ſimilibus caſibus. Et late de hoc Sapia.in l. de ætate. nume.xxviij.ff.de minor.& Balb.in l.Celſus. nume.xxv.ff.de uſucap.ubi de mente Imol.in c. Apoſtolicæ de donat. ſubdit quòd ille qui habet titulum ex contractu inito cum minore quem ſciebat poſſe petere reſtitutionem in integrum,non habet titulum aptum ad pręſcribendum; prout eſſe not.Alex. conſi. xlvj. in fin.uolu.iij. & de hoc dixi alibi & infra in gloſſ. 19.nume.33.cum ſeq. late etiam Plot. de in lit.iur.§.nume.7.ubi in corroboratione Doct.Bal.& aliorum in l.Iubemus.§.ſane.C. de ſacro.ſanct.eccle.qui uolunt quòd tales cõtrahentes cum minore amittant etiam pretium, dat cautelam pro minoribus de mente Paul.de Caſtr.in conſi.cv.quòd minor tali ca

ſu non agat rei uendicatione,nec intentet ali quam actionem,ſed dicat contractum nulliter,& non rite eſſe celebratum, & propterea imploret officium Iudicis pro illius reſciſsione,de qua cautela,quia latius alibi dico, hic non inſiſto.

Statutum autem requirit teſtes uicinos, quia dictum teſtis † probat in cauſa
6 ſcientię,quia uicinus. Anch. conſi.70.nume.4.Doct.in cap. quanto & c. quoſd. de præſumpt.ubi Anchar.dicit † quòd non datur re
7 ſtitutio uicino ex capite ignorantiæ,quia uicinus præſumitur ſcire facta uicini: & late proſequitur Pariſ.conſi.xxiij.not.xviij.uolu.j. & Cur.conſi.lxxxij.adnot.per Bart. &alios in l. Iulianus.ff.ex quibus ca.maio.Alex. conſilio 187.nume.xiiij.uolu.ij.& Par.conſi.138.nume.15.uolu.ij.

Facit etiam quòd not. Bellon.conſi.46.nume.14.&17.ubi dicit non competere uicino reſtitutionem ex capite ignorantię,quia in eo præſumitur ſcientia Crauett.conſ.14.num.5. & ubi præſumitur ſcientia ceſſat remedium reſtitutionis.Aret.conſi.15.Alex.conſ.163.uolu.2.Sed quia illa regula quæ habet quòd uicinus prę ſumatur ſcire facta uicini requirũtur nonnullæ declarationes.Vide Soz. ſen. conſ. 97.nume.3.uolu.4.& Soz.Iun.conſi.67.num. 11.uolu.

11.uol.3.& Anch.conſ.170.nu.5.

SVMMARIVM.

1 *Fama debet habere originem a perſonis approbatis.*

2 *Teſtes etiam non interrogati debent aſsignare cauſam famæ.*

3 *Fama publica debet oriri a maiori parte populi uel uicinia.*

Publica uox & fama.
Gloſ. VIII.

DIXI ſuperius, quòd publica uox & fama probatur per duos teſtes, nunc autem ulterius ſciendum eſt, quòd † fama adhoc ut ad-
1 mittatur debet habere originem a perſonis approbatis & honeſtis & nõ maleuolis ut per Bar. in l. de minori. §. tormẽta. ff. de quæſtio. Par. conſi. 27. nu. 99. & conſi. ciiij. nume. clx. uolu. 1. Ancha. conſi. 263. nec
2 † ſufficit, quòd teſtes dicant eſſe publicam uocem & famam, ſed debent aſsignare cauſam famæ etiam non interrogati, alias tanquam uana uox uulgi eſſet reiicienda: Aret. conſil.

103.in cauſa Dec.conſil.123.Soci.conſi. liiij. nume.xxvij.cum ſeq.uolu.iiij.ubi dicit, quòd ad hoc, ut teſtes probent famam publicam neceſſe eſt,ut allegent cauſas probabiles ex quibus inductus ſit populus ad ita credendum;ut per Bald.in l.proprietatis.C.de prob. & Ant. in cap.ueniens de teſt. & præter hoc neceſſe
3 † eſt,ut teſtes allegantes publicam famam dicant audiuiſſe a maiori parte populi, ſiue uiciniæ,ut in caſu ſtatuti per ea quæ not.Alc. conſi.72.li.j.& Corn.conſ.68.li.2.Doct.in c.cauſam de proba.Par.in conſi. 169.nu.xlv.uol.4. & late Io.de Anan.conſi.j.nu.8.

Et de hoc late Aret. conſi. 73. & 122. ubi ſubdit quòd ſi extarent duæ publicæ famæ in eodem loco præualet,quæ concludentius probat:& licet Bar.in l.is poteſt.ff.de acquir. poſſeſſ.uideatur uelle quòd nulla ualeat,nihilominus Bal.Rom. Ale. & ibi communiter Doct. tenent contrarium,& Io.Plat.in l.2.col. 2.C. ſi ſer.aut iud.lib.10.& Pariſ.conſi.90.uolu.2. ubi ſubdit quòd ultima ſit attendenda. et Crauett.conſi.276. nume. xij. & Afflict. deciſio. 280.nume.9.dicit,quod in tali contrarietate iudicandum eſt ſecundum famam, uel conſuetudinem, quæ eſt magis conformis iuri communis ad not.per Bald.in l. non ſolum ff.de iur.dot. & Bart.in l.2.in princ.ff. ſolut.

matrimo.ubi dicit,quòd ſi dicatur Inſt. eſſe confecta ſecundum conſuetudinem loci, ſi ſunt duę conſuetudines diuerſę recurrendum eſt ad ius commune,ut late etiam proſequitur Alex.conſ.5.nu.7.uol. 5. Notandum eſt autem quod aliter eſſet dicendum ſi fama eſſet una,& diuerſus eſſet rumor arg.quòd dicitur,quòd ſi Teſtis examinati ſuper fama dicerent de tali re eſſe rumorem in uicinia non probarent, quia rumor dicitur particularis aſſertio ex incerto auctore, & ex ſola ſuſpicione proueniens, qui probatur.etiam licet ab omnibus,uel maiori parte non circumferatur, ſecus autem dicitur de fama, ut per Imol.in l.fin.ff.de hæred.inſtit. Alex. conſil. 115.nume.17.uolu.4.& Pariſ.conſ.66. num. 122.uol.3.& diffuſiſsime Cephal.conſi.225. num.38.& 48.uol.2.ubi dicit quòd fama debet eſſe perfecta in ſui eſſe.& idem late conſi.65.per totum uol. 1.in quibus duobus cōſ. optime diſcutit quomodo fama probetur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ſimpliciter loquens de uicinis uerificatur in omnibus.*

2 *Statutum requirens conſenſum conſanguineorum in actibus minorum uerficatur etiam*

in conſanguineis remotis.

3 *Proximiores inſtatutis ſunt illi qui magis ſunt habiles.*

Opinio uicinorum. Gloſ. IX.

POSSET dubitari de quibus uicinis ſtatutum loquatur, quia quando † ſtatutũ
1 ſimpliciter loquitur uerificatur in omnibus uicinis: licet non ſint uiciniores, ut per Alberi. de Roſa. & Iaſon. in l. non ſolũ. de no. oper. nuncia. & Bartol. in l. ſi tertius. ff. de aqua plu. arcend. Tiraquel. de utroque retract. in uerbo Oulignagier §. j. gloſ. 9. num.
2 21. & 22. ubi infert ad ſtatuta † quæ requirũt conſenſum conſanguineorum, in contractibus mulierum uel minorum, quòd uerificentur etiam in conſanguineis remotis; ut per Ang. conſi. 160. Domina Catherina & conſi. 170. item ſtatutum eſt, & ita praticatur de cõſuetudine, ut dicũt Ia. But. & Sali. in l. ult. C. de milit. teſt. & late Iaſ. in d. l. non ſolum nume. 3. & in l. tranſactione in fi. C. de tranſact. dicit Bar. & Bal. tenere, quòd non ſufficiat conſenſus conſanguineorum niſi ſit de proximioribus, ſed ut dixi contrarium ſeruatur, ut late

late etiam per eundem Iaſ.in l.j.C. unde uir. & uxo.& circa hoc uide late Corneum conſi. 241.uolu.2.Aim. conſi.80. nume. 14. Rom. conſ.366.Bart.in d.l.ſi tertius in caſu noſtro dicit,quòd quando ſtatutum requirit uicinos proximiores,illi qui ſunt magis habiles dicũ tur proximiores,licet mulieres pupilli & ſimi les eſſent magis proximæ, quia qui eſt inhabilis ad aliquem actum nõ dicitur proximus, & ſic erit concludendum in caſu noſtri ſtatuti,prout etiam latius not.Par.conſi.56. num. 35.& per totum uol.1.ubi dicit, quod ſtatutum loquens de maſculo intelligitur de idoneo habili & ſufficienti.& late Io.Plat.in l.eũ qui c.de decur.lib.10.ubi dicit quod ſtatutũ de eligendo aliquem in epiſcopum intelligitur de habili & idoneo per Bart.in l. 1.§. nunciatio.ff.de no.op.

Bal.in l.j.C.qui admitti,dicit quòd ſi ſtatuto cauetur in contractu minorum requiri cõ ſenſum propinquorum non intelligitur de conſenſu fœminarum,quæ ſunt incapaces,& non conuenit, quòd mulier, quæ non poteſt ſibi ipſi,alteri auctorizet,ut dicit Paul. de Caſtro in l.fin.num.5. C. de bon. quòd lib. Siluan.conſi.1.num.14.& de hoc latius alibi dixi,& ideo non inſiſto;Notandum eſt autem, quòd licet ſtatutum inducat probationem,

uſurariæ prauitatis ex opinione uicinorum; quod facere poteſt,ut per Dec.in c.1.nume. 13.de appellat.& Cephal.conſ.65.nume.45. uol.1. non tamen propter hoc tollitur quin contrarium poſsit probari.Imol. & Abb. in c. 2. de Adult.& Pariſ.conſ.160.nu.31.uolum.2.

SVMMARIVM.

1 *Cõtractus uſurarius cognoſcitur ex modicitate precij.*

2 *Pactum de retrouendendo arguit tribulationem contractus.*

3 *Penſiones alicuius rei ſpacio 20.ann.excedentes ſortem principalem inducunt uſurariam prauitatem.*

4 *Renunciatio facta in inſtrumento de uſuraria prauitate arguit contractum uſurarium.*

5 *Contractus celebratus a conſueto fœnerari præſumitur uſurarius.*

6 *Clauſulæ inſolitæ arguunt ſimulationem contractus.*

7 *Pactum appoſitum in cõtractu cenſuali,quòd re cenſuali perempta cenſus intelligatur impoſitus ſuper alijs rebus arguitur ſimulatũ contractum.*

8 *Magis creditur uni teſti atteſtanti de uſura in ſpecie,quã pluribus de bõa uita in genere.*

in

9 *Inſtrumentum de duplo non eſt uſurarium quã do illud duplum eſt loco pœnæ.*

Quod dictum inſtrumentum ſit uſurarium de duplo. Gloſſ.X.

1 CONTRACTVS uſurarius † cognoſcitur pluribus modis, ut ex modicitate precij gloſ. in c. conqueſtus de uſur. & ibi Io. And. & Car. in clem. 1. eodem tit. frater Raim. in ſum. de caſibus in tit. de
2 uſur. §. item. Dicitur † etiam contractus uſurarius ex pacto de retrouendendo una cum dicta modicitate precij, ut eſt magis approbata opinio de qua per Dec. conſil. 692. Gram. deciſ. 76. Afflict. deciſ. ~~406.5.~~ & 339. Par. conſi. 54. num. 62. uolu. 1. Sciendum eſt autem quòd dicta pacta ſunt licita, & approbata per extrauag. Marc. v. quæ incipit Regimini, & aliam Calix. ſub tit. de emp. & uendi. ut dicit Boer. conſ. 18. cum ſeq. & Berous, q. 77. nu. 2. dicit ad hoc propoſitum, quòd qui emit rem & poſtea illam locauit cum pacto de retrouendendo, & reaffrancando excuſatur ab uſuraria prauitate, & à compenſatione facienda ratione ſimulationis contractus propter conſuetudinem, quæ ubique locorũ

uiget; ſed ſi uerum eſſet, quòd contractus huiuſmodi eſſet illicitus parum meo iudicio prodeſſet conſuetudo, quia ius peccandi pręſcribi non poteſt,& propterea uide quid notent Theologi,& ſummiſtę, bene uerum eſt quod pręſumptio ſimulationis ceſſat quando ex interuallo dictum pactum apponitur, ut per Docto.in l.pacta nouiſsima Alex.conſil. 28.uolu. 5.& late Roland.conſi.40.& conſil. 83.nume.41.uol. 2.non tamen tollitur quin cõtrariũ probari poſsit ut dixi ſup.in gloſ. 5.

3 Cognoſcitur † etiam quando ex fructibus in penſionibus pro locatione 20. annorum exceditur ſors principalis, ut not. gloſ. in Authen. perpetuo. C. de ſacroſan. eccle. &

4 Guid.Pap.conſi.clxxx.nume.1. quòd † etiam procedit quando in inſtrumento renunciatũ eſt uſurariæ prauitati, quia nemo præſumitur renunciare illis rebus, quæ non ſunt arg. quæ not.in l.ab Anaſtaſio & in l.per diuerſas. C. mandati & not.Bal.conſi.105.Iac.de Are.uo-

5 lu.2.& conſi. 213.uol.5.cognoſcitur † etiam ex eo, quòd quis conſuetus ſit fœnerari, ut per d.Bal.conſi.395.uolu.5.& quando etiam inſtrumentum continet clauſulas inſolitas. ita

6 † Rot.coram ſtaf.in cauſa Argentina cenſus.

7 ubi dixerunt † quòd ſi in contractu cenſuali apponatur pactum quòd re per empta, ſuper

qua

qua imponitur cēſus intelligeretur poſitus in alijs bonis uicti uendentis cōtractus ſit uſurarius, adnot. per Bal. conſi. 441. uol. 2. & in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. & demō. & ibi Paul. de Caſt. prout refert Gom. deciſ. 92. incipit uſurarius. Cognoſcitur etiā pluribus alijs modis, quos longum eſſet referre & maxime, quia extant tractatus diuerſorum qui particulariter continent materiam iſtam, & latiſsime Par. conſi. 53. cum tribus ſeq. uolu. 1. qui opt. materiam ſimulationum perſtringit ad quem in ſimilibus recurrendum eſt.

8 Notandum eſt autem † quòd ſi uſurarius probaret per plures teſtes in genere, quod ipſe eſt uir probatæ famæ & bonæ uitæ, & alter probaret per aliquos teſtes, in ſpecie de aliquo actu uſurario, magis creditur teſtibus de uſura deponentibus, ut not. Par. conſi. 74. nu. 45. uolu. 1. & Soc. conſi. 54. nume. 14. uol. 4. ſecus autem ſi deponerent de uſura in genere, quia in paritate depoſitionis magis creditur deponentibus de bona uita, & fama, ut not. Anch. in conſi. 253. & Innoc. in c. ueniēs de præſumpt. uide quæ latius dixi in gloſ. 29. nume. 18. Vnum autem eſt notandum, quòd quando ſtatutum uult inſtrumentum de du-

9 plo, iudicari ad inſtar uſurarij, fallit, † quando illud duplum eſt loco pœnæ in euictio-

nibus, quia licet apponi huiuſmodi pœna, ut eſt particulare ſtatutum in li.5.c.26. de cuius ualiditate,& ſimilibus pœnis de duplo triplo uel quadruplo, uide aureũ conſi. Roma.510.quoad primum cõſultationis articulum.ſed oritur difficultas, an ſit neceſſe non ſolum probare quod inſtrumentum ſit uſurarium,ſed quod etiam tales contractus illi contrahentes, conſueuerint exercere, & facit difficultatem illa copula, & quaſi ſtatutum requirat concurſum, dicas breuiter, quod illa oratio & tale.ſ.ſtat. continuatiue & augumentatiue, ita ut quod habet de per ſe ueniat & ſufficiat, quia dictæ orationes copulantur per ſe principaliter & non per modum accidentis.& ſic nõn requiritur illorum concurſus.& per cõſequens, ſufficit unũ adeſſe,ut per Barto.in l.is qui.cc. §.utrum & ibi Socra.de reb. dub. & late de hoc Plct. in tract.de in litem iur.§.vi.nume.32.conſi.12. nec uideatur nouum quod inſtrumentum ex eo ſolo præſumatur uſurarium, quia confectum eſt ab iliis qui contractus uſurarios ſolent exercere,quia ſemel malus in uno genere ſemper preſumitur talis,ut in caſu noſtro per Bald.in d.conſi.cccxcv.& late de dict.et. & quando requirat cõcurſum copulatorum. & quando non dixi in meo tract. dictionum

in littera c, in dict. & quē propediem ſi Deo placuerit excudendum curabo, & ideo hic non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio poteſt fieri de ſimilibus ad ſimilia in ſtatutis etiam in materia exorbitāti ubi uerſatur periculum animæ.*

2 *Vſurarius ore lingit & cauda ſicut ſcorpio ſtringit.*

Et ſimilis probatio. Gloſ. XI.

1 EX iſtis uerbis colligitur, ꝙ †poteſt fieri extenſio de ſimilibus ad ſimilia, quòd ēt licet in ſtatutis maxime in huiuſmodi materia uſurarum propter periculū animæ quia ubi imminet periculū animæ etiam in correctoriis, & odioſis fit extenſio adnot. per Innoc. in c. cum contingat de iur. iur. & Anch. in cap. 1. de ſtat. relig. lib. vi. & Anto. de But. in cap. inter monaſterium de re iud. Laur. Silu. conſi. xlij. nume. xii. quod maxime procedit, quia fit ad puniendum delicta propter commodum Reip. ut in l. ii. §. ignomi-

niæ

niæ de h's quæ not.infa. & per Bal. in l. hoc modo de cond.& demõſtra.& maxime,quia intereſt reipublicæ ne uſuræ committantur,
2 quia uſurarius † ore lingit populum & cauda ſtringit ſicut ſcorpio ; ut not.Bal.in conſi. cccxcv.ius naturale uolu.2.nec per hoc tolli tur quin poſsit excipi de uſuraria prauitate abſque præſcrip. ſed ſtatutum prouidet in caſu in quo quis ita de facili non poſſet exci pere,ut in caſu c.debitores de iur.iur. Quæ autem regulariter dicatur plena proba tio poteſt cognoſci in l.admonendi. ubi late per Doct.& late idem ſilu.conſi.lj.nume.xv. & conſi.lvij.nume.35. & Crauett. conſi.73. ubi dicit,quòd probatio uſurarum, eſt diffi cilis,& ideo ſufficiunt conie&ctilde;turæ. ut etiam dicit Calcan.conſi.xxvj.& xxvij Corn.conſi. cclxxxviij.lib.3.& in iſta materia teſtes ſingulares probant maxime quando tractatur de probanda conſuetudine fenerandi in genere, ut per Iaco.de Aren.in l. teſtium.C. de teſta.& Crauett.ubi ſupra.nume.32.

SVMMARIVM.

1 *Habens appodiſſam alicuius debitoris mortui,ſi per decem annos poſt mortem dicti debitoris nihil petat non auditur ulterius.*

Mors

2 *Mors ciuilis an comprehendatur in ſtatuto loquente ſimpliciter de morte.*

3 *Clemen fina.de Procur.procedit etiam in procuratore tranſlato ad aliud monaſterium.*

4 *Mors ciuilis habens effectũ mortis naturalis cõprehẽditur ſub ſtatuto loquẽte de morte.*

5 *Prouiſio in caſu mortis ex ſententia legis extenditur etiam ad caſum emancipationis & deportationis.*

6 *Donatio cauſa mortis uerificatur & conſequitur effectum in morte ciuili.*

7 *Pactum de lucranda dote cauſa mortis habet locum in morte ciuili.*

8 *Statutum loquens de mortuo uerificatur in eo qui ingreſſus eſt religionem & profeſſus eſt.*

9 *Fratres minores poſt profeſſionem adeo ſunt mortui mũdo,ut nihil in eis plus poſſit mors naturalis.*

De eodem habente appodiſſas. Cap.102. Gloſ. XII.

1 STATVTVM uoluit † quòd ſi quis ciuis Roma. habeat aliquã appodiſſam cõtra aliquem mortuum, & ſteterit ꝑ x. annos poſt mortem debitoris,& nihil petierit,quòd amplius non audiatur, poteſt dubi-

2 dubitari, an iſtud ſtatutum, †extendatur etiã ad mortuum ciuiliter, & uidetur dicendum quòd nõ. quia cum ſtatuta ſint ſtricte intelligenda ad not. per Docto. in l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. & appellatiõe mortis proprie loquendo ueniat tantũ mors naturalis & non ciuilis. l. ex ca. §. Inſulam, de uerb. oblig. Alc. in l. inſulam. ff. ſol. matr. & in conſi. 2. vol. 1. Succeſsiue non poterit ucrificari in morte ciuili; & facit quòd notat Io. Mona. in c. ſi epiſcopus de ſupplen. negligen. prælat. Vbi dicit quòd quando quis loquitur de morte in genere intelligitur de naturali, & non ciuili, ut not. feb. in c. qualiter &. 2. de accuſat. ubi atteſtatur de communi Ancha. conſi. clviii. nu. 6. & conſi. 438. nnme. ii. Milis in Repert. in uerbo mors & gloſ. in c. ſuſceptũ de reſcript. in vi. Vbi dicit quòd mors ciuilis nunquam comprehenditur ſub uocabulo mortis, niſi in caſibus a iure expreſsis. ſequitur Pariſ. conſi. 19. nume. 18. uolu. 4. Oldr. conſi. 284. Alexan. con. 139. lib. 2. & iſta eſt communis opi. ut refert Sarnen. in q. 5. in reg. de impetr. bene. per obi. Fam. Cardin. quod dictum in ſe uerum eſt; quando adeſt ratio diuerſitatis; ſed concurrente identitate rationis mors ciuilis uere, & proprie, uenit appellatione mortis, & in utraque idem ius reddi debet; ut no.

Soz.

Soz.Iun.conſi.xcv.nume.21.uolu.2. & Rot.
3 deciſ.28.de procurat.in no.Vbi dicit † quòd clem.fin.de procurat.procedit etiam in procuratore Abbatis ciuiliter mortui per tranſlationem ad aliud monaſteriũ ſequitur Caſſ. deciſ.16.nume.5. ſuper reg. & Par. conſi.5.
4 nume.117.& 149.uolu.4. Vbi dicit † quòd ſtatutum loquens de morte extenditur etiã ad mortem ciuilem quæ operatur eundem effectum cum naturali, & Doctor. in l. Gallus.§.& quod ſi tantum.ff.de lib. & poſth.di
5 cunt † quod prouiſio in caſu mortis ex ſentẽtia legis extenditur etiam ad caſum emanci-
6 pationis & deportatiouis,& Donatio † cauſa mortis uerificatur etiam in morte ciuili ut
7 etiam † pactum de lucranda dote poſt mortẽ uxoris.l.res uxoris.C. de donat. inter uir. & uxor.Bal.in l.Deo nobis C.de Epiſ.& cle. Feli.in c.licet de off.de leg. Socra. conſi.92. lib.1.& Par.conſi.65.lib.2. Et Berous quæſt.41.late diſputat.An & quando bannitus habeatur pro mortuo ita ut ſit locus fideicommiſſo ad not.in l.ſtatius.§. Cornelio ff.de iur.fiſci.& in l.cum pater.§.hæreditatẽ. ff.de legat.20. Doct. communiter in l.& facto.ff.ad Trebellia. Ruin. conſi.49. nume.4. lib.4.ubi dicit quòd banniti non gaudent beneficio ſtatutorum;ſed dicuntur mortui;ita

quòd

quòd ſtante ſtatuto quòd fęminæ excludantur. propter maſculos non excluditur ſtantibus maſculis bannitus.ut late etiam per Cephal.conſi.22.nume.23. lib.1. & late etiam Roland.conſi.97.num.36.uolu.2. Statutum itaque noſtrum tunc demum uerificabitur in morte ciuili,quatenus mors ciuilis inducat eoſdem effectus mortis naturalis, ut ſi
8 debitor†ingrediatur Monaſterium, & in eo profiteatur,ſtatutum incipiet habere locum a die profeſsionis,quando religio eſt fratrũ
9 minorum,quia†huiuſmodi Fratres poſt profeſsionem ſunt adeo mortui ſeculo,ut mors naturalis nihil plus in eis operari poſsit,ut in clem.exiui de paradiſo de uerb.ſig.& Bald. conſi.42.uol.2.Ant.Rub.conſi.155.nume.1 uult quòd etiam iſtud dictũ procedat quoad Fratres qui poſſunt habere bona in communi; ut ſunt hæremitani,ſed quoad iſtos Bart. tenet contrarium in Auth.ſi qua mulier.C.ad Vell.& Bal.conſi.120.& 421.uol.2.& Fel.in c.in pręſentia de prob.& Bart. in l.1. de Teſtam.Vbi dicit quod religioſi qui poſſunt habere bona in communi poſſunt etiam reuocare teſtamentum & ſecundum Bar.in utroque caſu tenuit Gozad. conſi.41. nume.6. & 11.de cuius ueritate vide Io.Plat. in l.1. ſupra ſi.c.de pen.fiſ.lib.10.& in l.ſi. in ſi.c. quando

&

& quibus decima pars eo. lib. & ideo ſtatutũ non poteſt uerificari in iſtis caſibus.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis ex priuilegio, An comprehendatur ſub ſtatuto loquendo de ciue.*

2 *Verbum Romanus denotat originem & non ciuilitatem.*

3 *Ciuis creatus taliter quòd habeatur pro ciue originario comprehenditur ſub ſtatuto loquente de ciue.*

4 *Stante ſtatuto quòd non poſſit creari prior niſi ſit ciuis originarius poterit creari qui per omnia factus eſt ciuis.*

Ciuis Romanus. Gloſ. XIII.

QVAESTIOnis eſt, An ſtatutum uerificetur in ciue ex priuilegio, † Bald. in
1 conſi. 409. quòd dictus Ser vol. 5. dicit quòd ſtatutum loquens de ciue extẽditur etiam ad Forenſem factũ ciuem; quia factus ciuis eſt uerè ciuis; cum ciuilitas ſit quid factibile. & non ſolum naſcitur, ſed etiã creatur; & ideo poteſt dici quod ſtatutũ loquens de

de ciue Roma.extendatur etiam ad ciuem ex priuilegio,ut etiam notat Par. conſi.71. nu. 8.uolu.1.ubi dicit quòd receptus ad ciuilitatem eſt uere ciuis; Iaſō. in l.ſi is qui nu. 291. de uſucap.diſputat de modo,quo quis efficitur ciuis; quia aliquando efficitur per quædam uerba; quæ originem in ſe ciuilitatis habent,ſed de hoc ibi per eum. Quo uero ad ſtatutum noſtrum credo illud nō extendi ad ciuem ex priuilegio,propter uerbum Rom.
2 quod†denotat originem, & nō ciuilitatem, ut not.Bald.in c.ſignificante uer.quid ſi ſcolaris de reſcript.& Soc.conſi.79. nume.xxij. uolu.4.dicit quòd illa uerba ciuis Florentinus,referuntur ad domicilium originis, ſecundum commu.uſum loquendi ad not. per Bar.in l.prouinciales de uerbo. ſigni. & Bal. in l.in adoptionem.C.de adoptio. Cum itaque uerba debeant naturaliter intelligi, & maxime in ſtatutis; non poterit iſtud ſtatutum uerificari in ciue, ex priuilegio; Vt in terminis uoluit gloſ.in l. ſed & reprobari.§. amplius in uerbo Cumanus. ff. de excuſat. Tut.& Fel.in d.c.ſignificante num.8.& Bar. in l.1.nume.7.ff.de Tut.datis ab his.quod di
3 ctum poteſt limitari,†ut non procedat in illis qui creantur ciues,taliter quod habeantur pro ciuibus originariis; per ea quæ not.Bal.

in

in l.quidám cum Filium de Verb. obliga. & in l.cum ex oratione.ff. de excuſat. Tut. & Doct.in Rub.ff.ſolu.matr.& in l.1.ff.de leg. 1.& idem eſt etiã ſi quis crearetur ciuis ſub his uerbis, creatus ciuis, dictæ ciuitatis, aggregatus, additus, & incorporatus numero, cætui, & conſortio aliorũ ciuium, quia iſta uerba tantum operantur, quantum originaria ciuitas, ut late not. Par. conſ. 71. uolu. 1. Et ita eſt etiam dicendum de eo qui creatur ciuis per omnia; quia ut uoluit Iaco. de Negris in
4 d.l.1.col.7.de leg.1.ſi † extat ſtatutum neminem poſſe creari priorem niſi ſit ciuis originarius poterit creari Prior qui per omnia creatus eſt ciuis.

Io. Plat. in l.j.C.de priuileg.corp.libro.xj. Laur. Siluan. conſi. 1. nume. 106. & Corn. conſi. 281. uolu. 4. ubi dicit quòd ſtatuta huiuſmodi licet ſint odioſa, nihilominus cõprehẽdunt ẽt illos, qui habentur pro ciuibus, de quo etiã per Aret. conſi. 77. & quoad ſtatutum Vrbis, uide ſub. cap. 156. lib. 1. & cap. 250. lib. 3. ubi determinatur, quando Forenſis poſsit gaudere priuilegio, cittadinantum, uerum quia hic tractatur tantum de illo uerbo Romanus, An comprehendat ciues ex priuilegio recurre ad Corn. ubi ſup. & ad Cephal. in aureo conſil. 246. per totum uol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Tria ſunt genera appodiſſarum & num. 8.*

2 *Scriptura priuata eſt duplex.*

3 *Scriptura quæ in corpore rationum includitur eſt duplex.*

4 *Statuta loquentia de inſtrumentis non comprehendunt ſcripturas priuatas econtra.*

5 *Scriptura ſolemnis continens anteriorem hipothecam præfertur inſtrumento continenti poſteriorem.*

6 *Scripturæ mercatorum de conſuetudine pro pub. ſcripturis & ſententiis habentur.*

7 *Statutum loquens de ſcrip. comprehendit etiã libros campſorum & aliarum rationum.*

Aliquam Appodiſſam. Gloſ. XIIII.

1 TRI A†ſunt genera apodiſſarum ut not. Bar. in l. admonendi nume. 25. de iur. iur. & Bal. in conſi. 149. proponitur uol. 1. Vna dicitur publica, alia ſolemnis, tertia priuata. Publica eſt quæ conficitur per Notarium, & perſonas publicas, & probat factum contrahentium inter omnes. l. deſiderium. C. depoſiti. Solemnis eſt quæ trino teſte notatur l. ſcripturas. C. qui potio. in pign. Tertia quæ

2 dicitur priuata,† eſt duplex una extrauagans quæ apocha uocatur.l.plures. C. de fid. inſt. alia quæ in corpore rationum clauditur &
3 hæc eſt † etiam duplex,una tenens medium, tanquam inter publicam,& priuatam,ut ſunt ſcripturæ Argentariorum;alia tenens extremum quæ eſt omnino priuata.l.rationes.C. de probat.l.int er cartulas.C.de conuen.fiſci. deb.lib.10.& not.Lanfranc.in c. quoniam in uerbo inſtrumentorum nu.72.de prob. Modo poteſt dubitari de quibus ſcripturis loquatur ſtatutum, & primo certum eſt quòd non loquitur de publicis ſcripturis, quia de his in 1.ſtatuto eſt facta mentio & idem eſſet etiam
4 ſi non extaret ſtatutum ſpeciale, quia † ſtatuta loquentia de inſtrumentis non comprehendunt priuatam ſcripturam, nec econtra ut per Fel.in rub.de fid.inſtr.nume. 6. & Soc. conſ.41.num.10.uol.1. Vbi dicit quòd ſi extat ſtatutum, tales iudices cognoſcere de omni cauſa, de qua apparet inſtrumentum non poterunt cognoſcere de cauſa pertinente ad priuatam ſcripturam: ut per Bar.Paul.de Caſtro in l.j. C.de Iur.calum. & iſtud etiam uidetur procedere in ſcriptura ſolemni, quia habetur pro publica, ut per Bar.in l.ſcripturas nume.4.& in Auth.ſi quæ.C. Qui pot. in
5 pign.Vbi dicit † quòd ſcriptura ſolemnis con

tinens anteriorem hipothecam, præfertur inſt. continenti poſteriorem. Similiter dicendum
6 eſt de ſcripturis mercatorum, quæ † de conſuetudine pro publicis habentur, ut per Fel. in c. cum dilectus num. 35. de fid. inſtr. & Pau. de Caſt. in l. quædam ſunt. §. nummularios. ff. de eden. & Bal. conſ. 348. Factæ fueruut per Borromeum uol. 1. Vbi dicit quòd ſcripturæ campſorum, & mercatorum habentur pro ſententijs quæ propter maximam illarum fi-
7 dem tranſeunt in iudicatum. Sed obſtat † dictum Franciſci de Aret. in conſ. 51. uidetur dicendum; Vbi tenet quòd ſtatutum loquens de priuata ſcriptura comprehẽdat etiam libros campſorum, & aliarum rationum. quod dictum ſequitur Curt. Iun. in d. l. admonendi nu
8 me. 41. Bar. ibi nume. 25. † dicit quòd priuata ſcriptura eſt triplex, una quæ dicitur apodiſſa quæ datur a parte parti, altera ut libri rationum. Tertia ut eſt epiſtola. ego crederem ꝙ ſtatutum comprehendat iſtas tres ſcripturas & alias etiam quæ trino teſte ſunt ſubſcriptæ propter ſtatutum, quòd extat in lib. 5. ca. 29. de fide autem huiuſmodi ſcripturarum me remitto ad not. in d. l. admonendi & in d. c. quoniam. Et per Curt. Seneñ. in l. ſi quis maior num. 7. C. de Tranſact. ubi dicit quòd ſcriptura ſcripta à tribus teſtibus obtinet uim publici,

blici,& ponit Cephal.conſi.152.uol.2.& eſt conforme cum alio ſtatuto Vrbis ſub ca. 29. lib.5. Notandũ eſt ẽt ꝙ ſi aliqua priuata ſcriptura reperiatur ſub publica cuſtodia, illi adhibetur fides ac ſi eſſet publicum Inſtitutum. Parіſ.conſ.142.nume.6.uol.4.Corn. conſil. 171.uolu. 1.& Guid.Pap.deciſ. 193. Hinc eſt quòd fides adhibetur Cronicis Crauet.conſil. 158.nume.4.& Soc.conſi.7.nume.16.uol. 1. & late quibus ſcripturis ſit adhibenda fides Nouell.de iure prothon.§. quinto. Vnum tantum notandum eſt, quod iſtæ apochæ priuatæ habent exequutionem paratam, ut eſt ſtatutum in 1.li.cap.76.Dummodo recognoſcantur per tres teſtes, qui manum & ſcripturam ſcribentis recognoſcant, etiam ſi teſtes non fuerint præſentes confectioni ſcripturæ, ut habetur in d.c.29.lib. 5.ſtatut. Vel etiam ſi recognoſcantur per comparationem literarum ſeu aliter in d.c.76.li. 1. quod & contra ius commune per Grammat.deciſ.84. & 93. & Soci.Iun.conſi.29.num.25.uol.2.

SVMMARIV.

1 *Non obſtante lapſu temporis præfixi regulariter poteſt produci dummodo non ſit ius alteri quæſitum.*

1 *Mora lapſu temporis præfixo a legibus uel ſta tutis non poteſt purgari.*

Nec in publicum produxerit. Gloſ.XV.

1 NON obſtante † lapſu tẽporis, ad producendum re gulariter quandocunque poteſt produci, dummodo ius aduerſarij non ſit fa- ctum deterius; quia tunc non licet purgari mora, ut per Alexand. in l. ſi inſulam nume.34. de uerb.oblig. Bellam. de ciſ.745. Zabar.conſi.23. Bal. Ang. & Imol. in l. quamdiu la ultima de acquir. hæred.

Not. Deci. in l. edita nume.33. C. de eden. Curt. Sen. in l. ſi quis maior nume.49. C. de trã ſact. & ibi Alex. & Iaſ. in l. ſi quis agere. C. de Codicill. Crauet. conſi.207. nume. 4. & late Cephal. conſi.77. num.54. & ſeq. uol. 1. & il- lud dicitur productum in publicum, quòd in actis publicis eſt deductum c. quoniam con- tra de probat. & in c. ſcriptura & c. cum Ioan nes de fide. Inſtr.

2 Sed † iſtud fallit in caſu noſtri ſtatuti, quia ſi per decem annos non producatur in publi- cum, non poteſt amplius produci; quia execu tio fit a lege immediate, quo caſu non admit titur

titur purgatio moræ, ut per Alex. in d. l. ſi inſulam nu. 30. & ibi Iaſ. num. 31. & Fel. in c. gratum de off. deleg. Sed cum ſtatutum noſtrum deneget audientiam poſt decem annos, ut dixi in Gloſ. non audiatur interueniente etiam facto iudicis non poteſt purgari mora, ut per Fel. in d. c. gratum num. 3. & Imol. in c. acceſſimus de fid. inſtr. & dixi ſupra in glo. 2. in uerbo negligens.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de petitione uerificatur etiam in petitione extraiudiciali & nume. 6.*

2 *Petitio quando refertur ad creditorem non requirit litis conteſtationem.*

3 *Statutum quòd inſtrumentum poſſit peti caſſari niſi fuerit infra certum tempus inſinuatum habet locum etiam in petitione extraiudiciali.*

4 *Petitio extraiudicialis ſufficit ad effectum regulæ Cancellariæ de publicandis.*

5 *Extraiudicialis requiſitio ſufficit in caſu bullæ Sixti de iure congrui.*

6 *Dictio nec, aliquando eſt copulatiua, aliquando diſiunctiua.*

Statutum plura contra ius commune conti-

 nens

nens debet reſtringi, ut unum tantum contra ius operetur.

Nec aliquid petierit. Gloſ. XVI.

SVFFICIT petitio etiã uerbo tenus facta, & non in forma libelli, in ſcriptis porrectã, quia quando
1 † ſtatutũ loquitur de petitione, debet intelligi de qualibet petitione, quomodocunque facta l. 1. §. generaliter & ibi Docto. ff. de leg. præſt. & Doct. in c. cum cauſam de off. deleg. & in clem. 1. de Decimis, & Soc. Sen. conſi. 42. nu. 4. & Soc. Iun. conſi. 75. nume. 2. uolu. 2.

Licet uerbum petere de ſui natura ad ius & effectum iudicij referatur. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. moder. Patauini in §. duo fratres nume. 292. ff. de uerb. oblig. & Claud. Seiſſel. in l. naturaliter nume. 45. ff. de uſu. cap. ubi dicit, quòd iſtud uerbum petere ſimpliciter prolatum intelligitur de petitione per litis conteſtationem, niſi forte addatur uerbũ quomodocunque, ut per gloſſ. magnam in l. qui fidem. ff. de Tranſact. ego tamen credo, quòd uerior ſit alia opinio; quia licet quando imponitur pœna illi qui aliquid petierit, talis

talis non dicitur incidiſſe in illam pœnam, ni ſi poſtquam petierit, & obtinuerit ſententiã, ut per Doct. in l. ſi quis. C. de inoſ. teſtam. Tamen ad euitandam caducitatem, & præſcriptionem, quæ eſt odioſa propter malam fidem in qua debitor conſtituitur. Sufficit etiam ſi fiat extraiudicialiter per ea quæ dicit Bar. in l. Titia. nume. 1. de condi. & demonſt.
2 ubi dicit, † quòd quando petitio refertur ad creditorem, non requiritur litis conteſtatio; ſed ſufficit petitio extraiudicialis; ſequitur Alex. & Ange. in l. ſi decem de uerb. oblig. & & ibi Bar. & in l. amplius. ff. rem rat. hab. &
3 Bald. in l. 1. de litis con. dicit, quòd ſi ſtatuto cauetur inſtrumentum poſſe peti caſſari niſi fuerit inſinuatum infra certum tẽpus: quòd ſufficit extraiudicialis petitio; quod dictum
4 eſt notandum perpetuo, & gloſ. † in reg. Can cell. 34. de publi. reſign. in uerb. poſſeſs. dicit, quòd ſufficit petitio extraiudicialis ad effe-
5 ctum dictæ regulæ & Par. † conſi. 123. nume. 11. uolu. 4. dicit quòd in caſu Bullæ Sixti de iure congrui ſufficit uenditorem requirere uicinum extraiudicialiter an uelit emere. Sed uidetur, quòd iſta non procedant in ſtatuto urbis, quia in eo cauetur, quòd ſi creditor nec in publicum produxerit, nec aliquid petierit, nõ audiatur vlterius; ex quo videntur eſſe duo

neceſ-

neceſſaria coniunctiuè, uidelicet quòd in publicum producant, & quòd aliquid petat, & ſic nõ ſufficit extraiudicialis petitió, ſed requiritur, quòd fiat in publicum, id eſt in iudicio propter illam dictionem; nec quæ † de
6 ſui natura eſt copulatiua; ut not. Bart. in l. ſæpe de uerb. ſigni. & ibi Cepol. & Dec. in l. nec emancipati. C. de Collat. ego crederē, quòd ſufficeret ſola petitio etiam extraiudicialis; quia illa dictio nec, eſt diſiunctiua & non copulatiua, & ponitur pro neque, ut l. inter. ff. de publ. iud. & not. Par. conſi. 36. num. 3. uol. 1. & ita de neceſsitate uidetur eſſe intelligendum propter tertium ſtatutum de præſcriptione, quo cauetur, quòd extraiudicialis petitio ſufficiat, ita quòd dicendum ſit idem in
7 iſto ſtatuto; quia † cum ſit correctiuum iuris communis debet reſtringi, ut unum tantum operetur cõtra ius cõe, uidelicet præſcriptio nem minori ſpacio triginta annorum & non plura adnot. per Gozad. conſil. 19. nume. 5. & Felyn. in cap. 1. de conſtit. & Alexand. conſil. 229. uolu. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio nullatenus habet uim ſententiæ & decreti irritantis & aufert poteſtatem diſpen-*

ſandi

ſandi in contrarium.

2 *Sententia lata contra conſtitutionem habendam irritans eſt nulla.*

3 *Annullatio proceſſus facta per ſtatutum facit actum ipſo iure nullum.*

5 *Compromiſſum factum contra ſtatutum denegans audientiam eſt ipſo iure nullum.*

6 *Exceptio quæ impedit litis ingreſſum impedit & compromiſſum.*

De cætero nullatenus audiatur.
Gloſ. XVII.

ISTVD decretum ſtatu-
ti habet uim latæ ſenten-
tiæ propter illam dictio-
nem † nullatenus per ea
1 quæ notat gloſ.in auth.ſi
qua mulier.C. ad Vell. &
Car.Flor.in clem.1.§.ſi quis autẽ de ſequeſt.
poſſ.& ibi Anto. & Imol.qui dicunt dictionẽ
iſtã nullatenus eſſe tanti roboris, ut habeat
uim decreti irritantis,& tollat poteſtatem di
ſpenſandi in contrarium,quod etiam uoluit
Archi.in c.quoniam,in uerbo nullatenus de
immun.eccle.& Ancha.conſi.clxx. nume.2.
late Tiraq.in l.ſi unquam in uerbo reuerta-
tur nume.95.C.de reuocan.donat.& ibi tra
ctat,

ctat late de iſtis uerbis non audiatur ulterius careat actione; priuetur iure ſuo;& de ſimilibus uide Fely.in c.Rodulphus enim 24. de reſcrip. ſtantibus itaque uerbis noſtri ſtatuti,quæ habent uim decreti irritantis; non poterit per quemcunque iudicem in contrariũ
2 iudicari,alias ſententia † eſſet nulla,ut per Ancha.d.conſi.170. quod multo magis procedit, quia in finalibus uerbis ſtatuti annullatur quicunque proceſſus abinde factus; quæ
3 uerba faciũt † factum ipſo iure nullum ut no. Corn.conſil.203.lib.2. Bar.in l.non dubium C.de leg. & Tiraq. ubi ſupra num.235. Im-
4 mo † ſi per partes fieret compromiſſum eſſet nullum & inualidum; propter denegatam audientiam a ſtatuto quo caſu impeditur li-
5 tis ingreſſus & exceptio † quæ impedit ingreſſum impedit & compromiſſum, Bald. in l.penult. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & Doct.omnes in l.fratres C.de tranſact.& ita ſæpius conſuluit & uidit iudicare Soc.conſil. 203.num.5.uol.2.& ego dixi latius in ult. gloſ. ſed pro pleniori intelligentia iſtorum uerborum ne maximum uolumen aliorum tantum dicta referendo conficiam, uide Bar. in l.cum lex num. 9. de fideiuſſ. doctrina eſt aurea ad intelligentiam iſtorum uerborum ad quam ſe refert etiam in materia reſcriptorum

ptorum, Anch.in c.1.col.2. de reſcrip.in 6. De quo etiam per Aretin.conſil.85.& Ioan.de Plat.in l.omnes,C.de fund.pater lib. 11.ubi dicit,quòd hæc exceptio poteſt opponi ad litis ingreſſum ad proceſſum ad litem conteſtan. impediendo in uim dilatoriæ, & ad merita cauſæ; ſicut exceptiones rei ſumptæ,ut per Bar. in l.quærebatur, ff.iudic.ſol. & l.eleganter, §.ſiquis. ff.de condit. indebit. ubi dicit quòd iſta exceptio non ita eneruat iuriſdictionem iudicis, ut ſi contrafaciat, & audiat proceſſus ſit ipſo iure nullus, Tu cogita & uide quæ dixi in ultima gloſſ. addendo quòd ſi ſtatuto caueretur,quòd iudex procederet non obſtante de præſcript.nihilominus ſi daretur de præſcriptione non poſſet iudex cõtra illam pronunciare, ut habetur per Crot.& alios in l. 1. §.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerb.oblig.

SVMMARIVM.

1 *Ad imponendum ſilentium alicui non requiritur bina monitio.*

2 *Dies ubi interpellat pro homine non requiritur alia monitio.*

3 *Vnica monitio ſufficit ubi lex uel ſtatutum non præfigit tempus.*

4 *Citatio eſt quadruplex.*
5 *Vbi dies interpellat pro homine ex forma ſtatuti non admittitur purgatio moræ etiam ex quacunque legitima cauſa, dummodo non adeſſet ante lapſum temporis.*

Sibi ſilentium imponatur.
Gloſ. XVIII.

1 AD imponendum † ſilentiũ alicui requiritur bina monitio, adnot. per Rip. in l. rem quæ nobis num.43.ff. de acquir.poſſ.quod maximè procedit cum agitur de priuando aliquem de iure ſuo per lapſum maioris temporis unius anni, ut per Iaſ.in Autho.hoc amplius.C.de fideicom.Bened.in c. Rainutius in uerbo abſque liberis nu.201.de teſtam.Alexand.conſi.108.lib.1. Fel.in ca. ex literis num.8.uerſi.fallit nono de conſt.gloſ. in clem.1.de uit.& honeſt.cler. Afflict.deciſ. 264.nume.3.& Mar.Soc.in c.licet de Accuſ.
2 Iſtud fallit † quando dies interpellat pro homine l.traiectitiæ.& ibi Alexan. de uerb.obli. & maximè quando tempus appoſitum eſt certum; quia tunc etiam in facto hominis non requiritur bina monitio; ut per Bald. in l.2.

l.2.C.de ſponſ.& Ancha in conſi. 65. Dom. in c.licet.§.1.de electio. in 6. Matthe. ſingu. 50.in caſu autem legis uel ſtatuti ſi certum tẽpus eſt appoſitum, non requiritur monitio,
3 per ea quæ dixi ſupra in gl. 2.quando †autem lex uel ſtatutum non præfigit tempus tunc ſufficit una monitio; ut per Bald.in l.nam ita
4 Diuus.ff.de adopt.& Fel. †in c. cum cauſam num.9.de off.deleg.ubi dicit, quòd quadruplex eſt citatio legis, iudicis, partis & collegæ; in citatione partis (ut dixi) ſufficit una monitio; in citatione iudicis, ubi agitur de præiudicio generando; requiritur bina uel unica peremptoria l. & poſt. ff.de iud. unica etiam ſufficit ex pacto partium l.fin.ff. de eo per quem fact. Et citatio iudicis fit etiã quatuor modis .quandoque enim iudex citat per ſe ipſum, & talis citatio habet uim perẽptorij, & ſi citatus non comparet dicitur uerus contumax, quandoq; citat per literas uel Notarios, ſiue duos probos uiros, quandoque per proclama, & quandoque per edicta in albo Prætoris, prout de omnibus iſtis modis diffuſiſsime tractat Io. Plat.in l. quamuis C.de decur lib.x. In caſu autem noſtri ſtatuti tranſacto tempore, quis eo ipſo incidit in pœnam; adnot.per Zabarel.in clem.num. 1.2.de uit.& honeſt.cler.Fel.in c.pen.num.8.

de iud.& in c.licet num.18.de prob.& Bald. in Auth. adhæc num.18. de uſur. quod dictũ
5 procedit non obſtante aliqua † cauſa dummodo non ineſſet antequam mora committeretur, ut puta per ignorantiam abſentiam & ſimilia, adnot.per Alexand.conſi.103.lib. 1.quia ſi non extat cauſa ante moram non poteſt dici qua de cauſa non petierit, quòd ſibi debebatur, ut not.Cur.Iun.conſi.55.& Cor. conſi.33.uiſa inquiſitione li.4.cum ſimil.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de creditore negligente comprehendit etiam creditorem ignorantem.*

2 *Præſcriptio ſtatutaria currit ignoranti, ſed datur reſtitutio in integrum contra num.3. communis in contrarium num.4.*

5 *Conciliatio opinionum quando ignoranti currat præſcriptio & quando detur reſtitutio num.10.*

6 *Ignorans non excuſatur in facto proprio. fallit.num.7.& num.8.*

9 *Ignorantia craſſa & ſupina non eſt priuilegiata.*

10 *Reſtitutio an competat ignoranti aduerſus præſcriptionem 30. uel 40. annorum & nu. 11.& 12.*

11 *Ple-*

11 *Pleniſſima ſecuritas dicitur quando non datur reſtitutio.*
13 *Ignorantia poteſt probari iuramento.*
14 *Emens a publica reuenditrice rem furatam tenetur reſtituere Domino etiam, quòd non habuerit notitiam de furto.*
15 *Ignorantia excuſat in rebus corporalibus.*
16 *Debitor ignorãs preſcribit in actione pſonali.*
17 *Præſcriptio currit etiam contra abſentem.*
18 *Abſens debet petere reſtitutionem in integrũ infra 4. annos a die ſcientiæ.*
19 *Quatuor ſunt genera abſentum.*
20 *Abſens cauſa reipublicæ eius priuilegiis gaudet. nume. 21*
22 *Abſens poteſt petere reſtitutionem aduerſus præſcriptionem quatenus non potuerit conſtituere uel mittere procuratores.*
23 *Abſens cauſa reipublicæ tenetur mittere procuratorem ad petendum ius congrui.*
24 *Patrono currit tempus præſentandi a die uacationis beneficij & non a die ſententiæ.*
25 *Præſcriptio inchoata contra præſentem qui deinde ſe abſentat quomodo currat.*
26 *Præſcriptio quæ currit in patria ꝓpria cõtra abſentem dicitur currere cõtra præſentem.*
27 *Mulier præſcribit bona ſibi data in ſolutum ratione dotis propter abſentiam mariti.*
28 *Bannitus cõprehẽditur ſub ſtatutis de præſcriptioni-*

ptionibus contra nu.29.communis in cõtra rium 30.

31 Excommunicatus negligens in petendo abſolutionem, comprehenditur ſub ſtatuto de præſcrip.

32 Excommunicatus poteſt præſcriptionem interrumpere.

33 Præſcriptio currit contra minorem,ſed ei datur reſtitutio.

34 Conſuetudo & ſtatutum ligant minores, mulieres infantes & furioſos.

35 Præſcriptio habet uim decreti Iudicis, ſed non qualificati.36.

37 Minori qui iurauit ſe maiorem non datur reſtitutio aduerſus præſcriptionem.

38 Fundans ſe in minoritate debet eam probare.

39 Minoritas an probetur per dationem curatoris,& num.41.

40 Furor probatur ex datione curatoris.

42 Ruſticus an comprehendatur ſub ſtatuto de ſcript.ſed ei ſuccurretur. per uiam reſtitutionis. num.43.

44 Ruſtico magis ſubuenitur quam minori.

45 Præſcriptio ſtatutaria currit etiam contra Iudæos,& ſaracenos.

46 Statutum de præſcrip.comprehendit creditores ratione mercedis,& ſalarij.

47 Contra deſides homines odioſæ exceptiones in uentæ

uentæ ſunt ex quo negligenti ad ratificandum currit præſcriptio.

48 *Ceſſionarius an comprehendatur ſub ſtatuto præſcrip.*

49 *Præſcriptio currit contra creditorem habentẽ hypothecariam intentante in contra tertium poſſeſſorem.*

50 *Statutum de præſcript. habet locum inter patrem & filium in illis rebus in quibus inter illos cadit obligatio.*

51 *Intellectus. l. Frater a Fratre de cond. indeb.*

52 *Filius ſi mortuo patre facit inuentariũ de bonis aduẽtitijs quæ præſcribebat cõtra patrẽ nõ poteſt amplius perficere præſcriptionẽ.*

53 *Filius emancipatus præſcribit contra patrem & econtra.*

54 *Per emancipationem quis efficitur ſui iuris.*

55 *Filius hebrei præſcribit cõtra patrem, et ecõtra, Contrarium uerius num. 56.*

57 *Petitio ſupplementi legitimæ ſubiacet præſcrip. ſtatutorum.*

58 *Filius ratione legitimæ habet duas actiones.*

59 *Filius in legitima, & eius ſupplemento eſt proprie creditor.*

60 *De legitima detrahitur omne grauamen ſicut de ære alieno.*

51 *Præſcriptio ſtatutaria currit contra legatarium.*

62 *Rubrica generalior nigro ampliat nigrum, & nume.65*

63 *Filia excluſa in nigro ab hæreditate patris, ſi rubrica ſit generalior intelligitur etiam excluſa ab hæreditate matris.*

64 *Statutum excludens aſcendentes per lineam femininam excludit etiam deſcendentes.*

66 *Statutum loquens de creditore comprehendit etiam creditorem ex legato.*

67 *Idem extenditur ad creditorem habentem ius hypothecæ.*

68 *Legatario cõpetunt tres actiones pro legato.*

69 *Legatum præſcribitur etiam de iure communi ſpacio.39.annorum.*

70 *Lex canonica, quæ non uult præſcriptionẽ mala fide, nõ habet locum in fauorem illius cui actio nõ competit ſed competere poteſt agnoſcendo uel acceptando.*

71 *Vbi agitur de iure quærendo non conſideratur titulus uel mala fides in præſcribente.*

72 *Si competit alicui certum ius infra limitatũ tempus, ſi tempus labitur præſumitur renunciatum iuri.*

73 *Præſcriptio in rebus quæ nobis debentur, non expectata aliqua declaratione non admittitur mala fide.*

74 *Mala fides nõ eſt in conſideratione quãdo præſcribitur aliquid pro fortificatione dominij.*

Teſtator

75 *Teſtator non poteſt prohibere præſcriptionem ſimpliciter.*
76 *Contra leg. ignorãtem non currit prẹſcriptio. fallit nume. 77.*
78 *Ius declarandi præſcribitur.*
79 *Petitio hæreditatis præſcribitur ſtatutaria præſcrip.*
80 *Præſcriptio ſtatutaria eſt loco præſcriptionis inductæ de iure communi.*
81 *Argumentum ualet de contractibus ad ultimas uoluntates.*
82 *Hæres uenit appellatione creditoris.*
83 *Argumentum de propria ad latam ſignificationem ualet etiam in exorbitantibus concurrente identitate rationis.*
84 *Statutum loquens de domo comprehendit etiã nauem.*
85 *Præſcriptio currit contra hæreditatem iacentem.*
86 *Filius non obſtante præſcriptione poteſt agere, & agnoſcere hæreditatem ex capite Vnde legitimi dato quòd excludatur a capite, unde liberi.*
78 *Diuiſio facta de hæreditate cum hærede putatiuo præſcribitur.*
88 *Titulus diuiſionis etiã erroneus extante bona fide dat cauſam præſcribendi etiam bona eccleſiaſtica nume. 89.*

90 *Creditor ex donatione cauſa mortis ſubiacet ſtatutis de præſcript.*

91 *Statutum loquens de contractibus uerificatur etiam in donatione cauſa mortis.*

92 *Compoſitum accedit ad naturam illius rei de qua magis participat.*

93 *Statutum prohibens aliquem contrahere prohibet etiam donare.*

94 *Patientia debitoris quòd creditor mittatur in poſſeſsione ex primo in actione reali, & ex 2. decreto in perſonali cauſat præſcriptionem uide num. 106.*

95 *Fideiuſſor proprie, & uere eſt debitor.*

96 *Statutum loquens de debitore extenditur ad fideiuſſorem.*

97 *Confeßio facta per creditorem præſente fideiuſſore dicitur facta parte præſente.*

98 *Debitor præſcribit contra fideiuſſorem.*

99 *Emens bona alicui obligata præſcribit etiã ſi ſit appoſitum pactum per debitorem uendentem, ut emptor ſatisfaciat creditoribus.*

100 *Donator ſi in donatione apponit pactum quòd donatarius ſatisfaciat creditoribus ex tali pacto non acquiritur actio creditori.*

101 *Teſtator ſi mandat in teſtamento omnia debita ſolui non intelligitur de debitis præſcriptis uel aliquam exceptionem patientibus.*

102 *Res uendita cum pacto de retrouẽdendo præ-*

ſcribitur

ſcribitur.amplia num. 104.

103 *Ius Hipothecę pręſcribi poteſt.*

104 *Spurius quando poſſit pręſcribere.*

105 *Ius offerendi & diſplicendi quando præſcribatur.*

107 *Iuri dicendi contractum ſimulatum quanto tempore pręſcribatur.*

108 *Contractus illicitus nunquàm præſcribi poteſt,& quid de contractu nulla num.* 109.

110 *Iuri agenti ad commiſſum quanto tẽpore pręſcribatur.*

111 *Dominus ſi ignorat rem incidiſſe in commiſſũ per receptionem ſolutionis non ſibi præiudicat.*

112 *Heres an poſſit declarare rem incidiſſe in commiſſum,& num.* 13.

114 *Actio ad pœnam non tranſit contra hęredem. declara num.* 117.

115 *Ceſſatio eſt multiplex.*

116 *In materia pœnali non dicitur ceſſatum quando culpabiliter non ceſſatur.*

118 *Error calculi pręſcribitur ſtatutaria pręſcriptione num.* 120.

119 *Computatio facta per eum de cuius off. nõ conſtabat poteſt per mille annos reuideri pręte xtu erroris.*

120 *Error expreſſus in computatione non pręſcribitur.*

121 *Si ſemel pronunciatum eſt ſuper prætenſo errore non auditur ulterius de eo excipiens.*

122 *Grauatus menſura uel pondere infra quantum tempus debeat reclamare.*

123 *Cenſus & annua præſtatio qui debentur ex contractu præſcribuntur inter priuatos ſecus inter principes ſupremos.nume.124.*

125 *Debita iurata præſcribuntur ſtatutaria præſcript.contra 127.communis 1. nume.132.*

126 *Contra iuramentum non poteſt iuſte poſſideri.*

127 *Iuramētum perpetuat actionem uſque ad 40 annos.*

128 *Dilatio conceſſa per principem debitori non extenditur ad debitum iuratum.*

129 *Clauſula non obſtante non tollit diſpoſitiones iuramento confirmatas.*

130 *Iuramentum deciſorium perpetuat actionem non autem iuramentum commune.*

131 *Iuramentum commune ſequitur naturam contractus quo annullato annullatur & iuramentum.*

133 *Iuramentum ſimpliciter præſtitum de ſoluendo intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

234 *Debitum iuratum promiſſum certa die non præſcribitur.*

135 *Promiſſum ex cauſa tranſactionis interueniente traditione præſcribitur.*

Tit.

136 *Tit.tranſactionis continens liberationem nõ eſt ſufficiens ad præſcribendum.*
137 *Forenſis an ligetur ſtatutis de præſcrip.156.*
138 *Forenſis non gaudet beneficio ſtatutorum de clara.161.*
139 *Stante ſtatuto quòd debitor debitoris poſſit capi ad petitionem cred.non poterit capi ad petitionem creditoris Forenſis.*
240 *Statutum quòd credatur iuramento damnũ paſſi non procedit in fauorem Forenſis etiã ſoluentis onera realia nume.141.*
142 *Munus datur ubi eſt onus.*
143 *Ignorantia ſtatutorum eſt tollerabilis in ciue nouello.*
144 *Solemnitas loci ubi celebratur contractus attendenda eſt.*
145 *Lex nõ ligat ratione perſonæ ſed actus quem facit.*
146 *Locus contractus attenditur circa ordinem iudiciorum.*
147 *Statuta reſpiciẽtia proceſſum ligant clericos.*
148 *Statutum quòd inter litigantes fiat compromiſſum ligat clericos,& Forenſes.*
146 *Statutum Genuę,quòd magiſtratus ad petitionem partis teneantur cõmittere cauſam probis uiris ligat Forenſes.*
150 *Statutum dirigens uerba ad perſonas nunquam comprehendit Forenſes.*

In

151 *In his quę ueniunt prętor naturam, ex aliqua mora debent attendi ſtatuta loci in quo ſolutio fieri debet.*

152 *Si Florentinus mutuat centum alicui in Cur. Rom. cum ſolutione facienda in ciuitate Peruſii quo ad præſcri. attẽdit ſtatutũ Peruſii.*

153 *Reſtitutio in integrum quando petitur, ex læſione proueniente poſt contractum propter aliquam moram attẽditur locus ubi illa mora eſt contracta.*

154 *Quando uerba cõtractus proferuntur in uno loco, & illorum effectus conſumatur in alio attenditur locus conſumationis.*

155 *Si cõſtituitur procurator in curia ad accipiẽdũ poſſeſſionẽ beneficiorum extra curiã illa beneficia dicuntur uacare extra curiam.*

157 *Stante ſtatuto quòd primogenitus ſuccedat in certa parte non ligabitur Forenſis.*

158 *Statutum quòd inſtrumenta habeãt executionem paratam non extenditur ad forenſes.*

159 *Ignorantia in facto proprio excuſat quando agitur de damno euitando.*

160 *Nõ eſt ueriſimile quòd quis ſe ſubiiciat illi iuri quod ignorat ſibi nocere.*

161 *Forenſis quando gaudeat a beneficijs ſtatutorum.*

162 *Romanus contrahens Regij an ligetur ſtatutis Vrbis de pręſcript.*

Quan

163 *Quando contractus ſit de re immobili attenditur locus ubi eſt ſita res & ſimiliter in actione hypothecaria ſecus in perſonali.*

164 *Forenſis ſoluens onera perſonalia ligatur ſtatutis.*

165 *Statuta urbis non ligant curiales.*

166 *Ad hoc ut quis efficiatur ciuis requiruntur duo, animus, & habitatio.*

167 *Scholaris non ligatur statutis loci ubi ſtudet etiam ſi in dicto loco extet statutum quòd ſcolaris habeatur pro ciue.*

168 *Forenſis & curialis qui utuntur beneficijs ſtatutorum pro ſe debent etiam uti contra ſe.*

169 *Mercatores non ſubijciuntur statutis de præſcript.*

170 *Mercatores nudo pacto obligantur.*

171 *Stilus mercatorum in qualibet curia debet ſeruari.*

172 *Mercator dicitur ille qui pluries et non ſemel uel bis exercuit mercantiam.*

173 *Mercator etiam dicitur qui est deſcriptus in Matricula.*

174 *Matricula conſtituit quem in quaſi poſſeſſionem exercitij.*

175 *Artifex non uenit appellatione mercatoris nume. 178.*

176 *Mercator uilis non gaudet priuilegijs mercatorum.*

Habens

177 *Habens apocham ut non poſsit pro debito capi, poterit capi pro debito uili non obſtante dicta apocha.*

179 *Mercator forẽſis et ſcholaris poſſũt cõueniri in loco ubi inhabitãt rõe initi contractus.*

180 *Res aduentitiæ non præſcribuntur. uiuente patre. fallit 181.*

182 *Statutum de præſcript. non ligat infantes.*

183 *Nec ligat pupillos.*

184 *Præſcriptio incepta contra maiorem dormit toto tempore pupillaris ætatis, ſi pupillus ſuccedit maiori.*

185 *Pupillus in illis rebus in quibus cõtra ſe currit præſcriptio habet actionẽ cõtra tutorẽ.*

186 *Pupillus maior infante poteſt citari etiam ſi non habeat tutorem ad effectum interrumpendi præſcript.*

187 *Furioſus demens & prodigus equiparantur pupillis.*

188 *Prodigus non obligatur ad ſui utilitatem.*

189 *Præſcriptio incepta ante furorem uel prodigalitatem an continuetur tempore furoris uel prodigalitatis.*

190 *Qui dicit furioſum uel prodigum fuiſſe tempore contractus uel præſcriptionis ſanæ mẽtis debet probare.*

191 *Qualitates adherentes animo præſumitur durare.*

Statim

192 *Statim qđ quis deſinit eſſe prodigus uel furioſus dicitur finita tutela et cura lim.n.193.*

194 *Præſcriptio currit pupillo furioſo & ꝓdigo in credito conuentionali nec eis competit reſtitutio.*

195 *Præſcriptio contra creditum cõuẽtionale ſola petitione etiã extraiudiciali interrũpit.*

196 *Præſcriptio non currit contra mulieres.*

197 *Præſcriptio nõ currit cõtra eũ qui propter metũ ſui debitoris nõ auſus eſt petere ſuũ.*

198 *Metus nõ põt purgari etiã poſt mille annos.*

199 *Præſcriptio ſtatutaria non currit contra eccleſiam.*

200 *Statutum inducens quód præſcriptio currat contra eccleſiam minori ſpacio 40.annorum non ualet.*

201 *Eccleſia ſi ſuccedat priuato contra quẽ erat decurſa præſcrip.per octo annos non ſubiacebit præſcriptioni minori ſpacio 30. ann.*

202 *Hoſpitalia & alia loca pia gaudent priuilegijs eccleſiæ.*

203 *Hoſpitale deſtructum an gaudeat dictis priuilegijs.*

204 *Iura loquentia de eccleſia collegiata habent etiam locum in collegiata habitu.*

205 *Clerici non ſubiacent ſtatutis laicorum.fallit nu.206.*

207 *Bona patrimonialia data clericis in titulum*

gaudeant

gaudeant priuilegiis eccleſiaſticis.

208 *Statutum ne immobilia alienẽtur in extraneo comprehendit etiam clericos.*

209 *Statutum quòd nõ fiant inueſtituræ ſtantibus hæredibus defuncti procedit etiam reſpectu bonorum eccleſiaſticorum.*

210 *Clericus qui uult uti priuilegijs ſtatutorũ pro ſe debet etiam uti contra ſe.*

211 *Statutũ de præſcript. non nocet clerico hæredi creditoris cõtra quem erat incepta pręſcrip.*

212 *Staturia præſcriptio non currit contra fiſcũ & rempublicam & quando nu. 214.*

213 *Caſtra, uillæ & ſimilia non ſunt priuilegiata ut contra ea non currat præſcriptio, ſed datur reſtitutio.*

214 *Priuilegia reipub. competunt etiã eius legatis*

216 *Dominium directum non præſcribitur per emphiteotam uel colonum ſtatutaria præſcrip. ampliatur etiam in uſufructuario nu. 217.*

218 *Ex ſola naturali poſſeſſione etiam per mille annos non præſcribitur.*

219 *Vſufructus ſi legatur cum prohibitione alienationis dicitur etiam legata proprietas.*

220 *Cenſus habens uerbum diſtributiuum non pręſcribitur.*

221 *Cenſus perſonalis non poteſt pręſcribi.*

222 *Cenſus an probetur per libros cenſuales uel ſcripturam notarij.*

Præ-

223 *Præſcriptio contra cenſum quomodo & quã do currat.*

224 *Cenſuarius qui tenetur ſoluere 20.pro quoli bet & anno ſoluit tantum decem an præſcri bat alia decem.*

225 *Mala fides authoris nocet ſucceſſori ſingulari habenti titulum & nu.229.in fin.*

226 *Solutio cenſus in pecunia uiliori uel meliori facta an præſcribatur.*

227 *Emptor qui poſſedit per 30.annos fundum cẽ ſuatum abſque ſolutione cenſus an poſſit mo leſtari per dominum dicti cenſus cui fuit ſem per ſibi ſolutus per uenditorem.*

228 *Actioni reciſoriæ non dum natæ pręſcribitur*

229 *Debitor etiam qui non eſt ſoluendo poteſt præ ſcribere.*

230 *Præſcriptio non currit cõtra emphyteotã ra tione utilis dominij ob nõ ſolutionem cano- nis per ſe factam dũmodo ſit facta per aliũ.*

231 *Prſcriptio non currit cõtra creditorem qui eſt in poſſeſſione.*

232 *Petens debitum per uiam exceptionis non ex cluditur per ſtatutum de præſcrip.*

234 *Statutum urbis prohibens agere non probi- bet excipere.*

235 *Allegare turpitudinem ſuam quando liceat.*

236 *Spoliator non præſcribit fallit nu. 238.*

237 *Remedium reintegrandæ datur etiam contra*

titulo

titulo poſſidentem.

239 *Debitor non præſcribit contra fideiuſſorem qui ſoluit & ei ceſſę fuerunt actiones etiam ſi de ſolutione non fuerit ei facta intimatio.*

240 *Tertius ſoluens pro alio non poteſt allegare præſumptam præſcriptionem contra principalem creditorem cui ſolutum fuit.*

241 *Præſcriptio non currit creditori ex delicto.*

242 *Ex uiolēta poſſeſſione ius præſcribi non pōt.*

243 *Succeſſores debitorum ex delicto non poſsūt præſcribere etiam bona fide.*

144 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

145 *Fructus rei furtiuæ poſſunt præſcribi per poſſeſſorem bonæfidei.*

246 *Res affecta uitio nunquam poteſt præſcribi, ſecus ſi ſit perſona.*

247 *Vitiū reale quod dicatur & quod perſonale.*

248 *Statutum de pręſcript. fauet expilatoribus, hæreditatis contraria opinio uerior 249. cum ſequen.*

249 *Res derelicta ſi reperiatur debet conſignari epiſcopo ut diſtribuatur pauperibus.*

250 *Ius peccandi præſcribi non poteſt.*

251 *Corpora hæreditaria ſunt in rem.*

252 *Succeſſor expilatoris etiam titulo poſſidens non poteſt præſcribere.*

253 *Interdictū quorum bonorum ſiue petitio hæ-*

redita-

reditatis datur contra ſingularem ſucceſſorem etiam titulo poſt mortem domini poſſidentem.

254 *Præſcriptio non currit creditori conditionali.*

255 *Tempus appoſitum actui qui dependet ex futuro euentu uel facto alterius non currit pendente euentu. fallit nu. 256.*

257 *Præſcriptio in bonis hæreticorum incipit currere a die declarationis & non mortis.*

258 *Actio pignoratitia non oritur ante numerationem & tamen contra eam incipit præſcriptio ante numerationem.*

259 *Præſcriptio eſt actionis extinctio.*

260 *Mora circa actionem natam inducit præſcriptionem ſecus circa actionis natiuitatem.*

261 *Tempus an currat creditori reſpectu tertij poſſeſſoris antequam actum ſit contra principalem debitorem.*

262 *Geſtor negociorum nunquam præſcribit.*

263 *Poſſidens iure familiaritatis non poteſt præſcribere.*

264 *Vxor uiuente marito dicitur poſſidere bona iure familiaritatis.*

265 *Maritus poſſidens bona paraphernalia uxoris dicitur poſſidere tanquam negociorum geſtor nec facit fructus ſuos.*

266 *Poſſidens precario non præſcribit.*

267 *Detentio etiam cuius initij memoria non habeatur non tradit titulum.*

268 *Creditor factus ciuis Romanus non ligatur ſtatuto urbis de præſcrip. quo ad credita ante ciuilitatem contracta.*

269 *Priuilegium antiquum quando amittatur per nouam ciuilitatem obtentam.*

270 *Res mea meo nomine uendita ſi non conſtat de mandato non poteſt contra me præſcribi.*

271 *Emens ſcienter rem alienam ſine mandato domini dicitur malefidei poſſeſſor.*

272 *Emptor cui fuit per tertium proteſtatum ne talem rem emeret quia non eſſet uenditoris conſtituitur in mala fide limita num. 273.*

274 *Litis conſortes priuilegiati ut pupilli & ſimiles non ligantur ſtatuto urbis de præſcript.*

275 *Res laici communis cum eccleſia non præſcribitur minori ſpacio quam res eccleſiaſtica. Iuramentum præſtitum per puberem una cum impubere in re communi & indiuidua non ualet.*

277 *Vtile per inutile an uitietur & nume. 279. 282.*

278 *Si ſunt duo arbitri & tempore lati laudi alter eorum erat excommunicatus non tenet laudum.*

280 *Vtile per inutile non uitiatur in indiuiſibilibus, ſecus in indiuiduis.*

Gratia

281 *Gratia ſi ſit ſubreptitia pro parte & pro parte non ſi perſonæ ſunt ſeparabiles non corruit tota.*

282 *Ius hypothecæ eſt indiuiduum.*

283 *In indiuiduis beneficium unius competit & ſocio.*

284 *Regula quòd utile per inutile uitiatur habet locum etiam quando actus eſt indiuiduus reſpectu formæ licet ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ.*

285 *Præſcriptio non currit contra ſocium ratione ſocietatis nondum finitæ.*

286 *Quædam ſunt actiones quæ deſiderant actum finiri ut naſcantur quædam quæ perficiuntur una cum contractu.*

287 *Inſtrumentum diuiſionis dat iuſtum titulum præſcribendi.*

288 *Laici non poſſunt preſcribere decimas contra eccleſiam.*

289 *Decimæ inter priuatos præſcribuntur communi tempore x. uel xx. ann.*

290 *Præſcriptio non currit contra creditorem qui dum pignus debitoris diſtraheretur non fuit citatus.*

291 *Vbi agitur de inferendo præiudicium alicui nõ infertur niſi legitime talis citatus fuerit.*

292 *Creditores abſentis uocandi ſunt per publicũ proclama.*

293 *Proclama generale emanatum a iudice laico afficit eccleſiam contra nume. 294.*

295 *Proclama generale non afficit legitime impeditos.*

296 *A ſententia lata uirtute generalis proclamatis nõ eſt appellandũ ab illis qui certi erant & non fuerunt nominatim expreßi.*

297 *Proclama debet fieri per totam ciuitatem & in locis eminentibus.*

298 *Proclama non debet eſſe nimis uiolentũ alias non ligat.*

299 *Proclamata ſunt regiſtranda alias non operantur.*

300 *Creditores anteriores conditionales an ſint citandi in diſtractione pignorum debitorum nondum exiſtentium conditione.*

301 *Conditio retrotrahitur ad tempus ſtipulationis quoad hypothecam & obligationem.*

302 *Statuta non extẽduntur in illis ciuitatib. ubi extat particulare ſtatutum quòd uerba debeant intelligi prout iacent.*

303 *Res prohibitæ alienari non præſcribuntur declara ut nume. 304. 305. & 306.*

307 *Præſcriptio non nocet non damnatis in feudo acquiſito ex pacto & prouidentia.*

Contra

Contra omnes creditores. Gloſ. XIX.

VIDENDVM eſt ſub iſta gloſa; quos creditores comprehēdat ſtatutum, & primo non ab re erit uidere an propter generalitatē uerborum comprehendat
1 creditorem ignorantem † Abb.in c.Vigilanti in ult.not.de præſcri.tenet quòd ſic, & Soci. Iun.conſi.70. nume.21. & conſi.76. nu.141. & conſi.128.uolu.1.Alexan.conſi.71.uol.2.
2 & hæc eſt com.op.quòd † præſcriptio ſtatutaria currat ignoranti;ſed quòd reſtituatur in integrum,ut per Alexan. conſi.178. & dict. conſ.71.uol.1.& Soci.Iun.in d.conſ.76.& d. cōſi.128.nu.cxxxv.Vbi optime declarat quomodo,& in q̄bus caſibus currat præſcriptio.

Et inter alia num.141.uult quòd licet quis ſciat ſe habere ius quoad habitum non autem,quo ad actum a quo inſurgit exercitiū iuris agendi non currat pręſcriptio arg.quod not.in c.ſi quis de conceſſ.præb. ubi licet ordinarius ſciat ſe habere ius conferendi, habita tamen non currit pręſcriptio data uacatione beneficiorum ſi non conſtet quòd de illa notitiam habuerit.uide quæ dixi in gloſſ. iij.

nume.204. Deciſ.Tholoſ.76. & ibi in add.& lat.Socin.conſi.8.nume.15.& Roma. conſi.412.Afflict.deciſ.37.& deciſ.329.Vbi dicit bis fuiſſe notatum in illo conſ. pro iſta
3 opin. Gloſ.† autem in ca.quam ſit. §.electus de elect.in vj.& ibi Io.Andræ. dicunt quòd quando quis priuatur ſuo iure ob lapſum tẽporis,non procedit ſi ſit ignorans; quia ei nõ currit præſcriptio,niſi a die ſcientiæ & ita dicunt ibi Dom.Archid. & Filipp. Franc. Immo Compoſt.in c. cum te de reſcript. Tenet quòd non poſsit induci per ſtatutum; uel cõſuetudinem; quòd tempus currat ignoranti. Hunc ſequitur Ioan. de Monte Sperleo in l. Genero.ff.de his qui not. infa. & Ancharan. in cap.ut animarum in principio de conſtit. in vj.dicit quòd in pœnis ſtatutorum non ligantur probabiliter ignorantes; communis
4 †autem eſt in contrarium de qua late per Tiraq.in Tractat. de Vtroq. Retract. in primo Tit.in Verb.ignorans.§.35.Gloſa 4. per to-
5 tum.Sed † ad conciliandas opiniones, fœdere diſtinctionis, poſſumus dicere; quòd aut ignorantia eſt talis; quæ reddit factum de iure, & de facto impoſsibile;& tunc nulla currit præſcriptio.l.cum ſex ff.de edilict.edict. l.male agitur.C. de præſcrip. triginta annorum.Bald.conſi.13. ſuper eo., & conſil.429. qui

quidam nobilis uolum.primo Soc.Iun.d.cõ ſil. 128.numero 141.& alter Socin.in l. cum filius.§.in hac numero 9. de uerbor. obligat. & iſto caſu poteſt procedere op. illorum qui dicunt quod non currat præſcriptio; quæ cum ſit inducta propter negligentiam, non debet currere ignoranti de iure,& de facto, ad not.in cap.quia diuerſitatem in fin. de cõ ceſſ.præben. & Paul.de Caſtr. in l.fin. C. de dol.mal.Ant.Rub.conſil.98.nume.4.in cœteris autem caſibus currit præſcriptio, Sed ſemper datur reſtitutio; Vt per Bald.in l.pri ma §.ſi qui autem ff. de itin. actuque priuat. Socin.in d.l.cum filius;Vbi atteſtatur de cõ. & Ant.Rub.conſi.56.numero 3.Iaſ. Inſt. de Act. §.rurſus numero 59. & ibi Gom. nume ro 31.Felin.in c. uigilanti de præſcript. qui multa coaceruat. Alex.conſi. 3. nume. 12.uol.5.ubi atteſtatur de communi,& ita te nuit Rota in una Bononien. de Papazonibus coram bo.mem.Accorambono, ut eſt deciſ. Peregr.manuſcripta xlvij.& in cauſa ſocietatis S.Ambroſij de Vrbe de anno 1538.16.Decebris ut dicit Mohed.deciſ.13.de Præſcript. late Cephal.conſil.xxix.num.16.lib. 1.& Berous quæſt.81.per totum. Poſſet etiam dici, quòd aut creditor ignorans,tractat de lucro,aut de damno;Si de damno euitando ui-

detur quòd non currat præſcriptio, ut per Bald. in d.l. genero; & Mil. in Reper. in uerb. ignorantia, Verſ. ignoranti non currit. Hinc
6 † eſt quòd dicitur ignorantem in primo caſu non euitare pœnam præſcriptionis in facto proprio. l. non eſt ferendus de tranſact. Alex. conſil. 4. uolum. 2. Aret. conſil. 5. & Doct. in l. fin. ff. pro ſocio. Niſi ut dicebam agatur de
7 damno uitando, quia † ut uoluit Socin. conſi. xxv. numero 9. uolum. 4. & conſi. cclxiij. numero 11. uolum. ij. ignorantia in facto proprio excuſat, quando agitur de damno euitãdo. Idem in Fall. in uerbo ignorantia in facto proprio, quòd uerum eſt, dummodo huiuſmodi ignorantia non allegetur in iniuriam alterius; ut per Din. in reg. ignorantia numero 7. de reg. iur. per l. quamquàm ff. ad Vell. Vbi fideiuſſor agebat de damno euitando in facto proprio; & ignorantia eum non excuſabat. Secus autem quando ego ago ut ſubueniatur mihi, aduerſus damnum, quod paſſus fui ignorantia mea; Vt late per Din. Vbi ſu
8 pra numero 21. Excuſatur † etiam ignorantia in facto proprio quando factum fuiſſet explicatum per filium, ſeruum, uel procuratorem Socin. in d. regu. numero 5. per gloſ. in l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. & Din. in c. præſumitur de reg. iur. Ioan. Andr. in cap. gratiam de reſcript.

ſcript.in vj.& Socin.in d.conſil.cclxiij.nume ro xij.uolu. ij. quia in hoc factum proprium ęquiparatur alieno ut per Bartol.in l. non fatetur.de confeſſ.Sunt & multi alij caſus, in quibus ignorantia propria excuſat ut per Soci.in d.reg.Et ex his fit certa concluſio, quòd regulariter ignoranti currit præſcriptio. Sed datur reſtitutio in integrum, niſi ignorantia
9 †ſit craſſa & ſupina; ut per Soci. & Din. in alleg.locis & Bald. in c. licet; de ſupple. negl.prælat.in Ro.conſi. 127.& conſ.340.Vbi dicit quòd huiuſmodi ignorantia non eſt priuilegiata; quia habet uim ſcientiæ; ut late per Tiraqu.in d.uerb.ignorans numero 33. & Anchar.in d.c.animarum in princip. Vbi dicit quòd ignorantia craſſa idem operatur quòd ſcientia, & in ſimili de ignorantia affectata; quibus caſibus non datur reſtitutio, Vt per Got.conſil.8.nume. 55. & Alexandr.
10 conſi. 163. uolum.2. Immo † præſuppoſito prout ſæpius dictum fuit: præſcriptionem ſtatutariam ſuccedere loco præſcriptionum triginta, uel quadraginta annorum, de iure communi uidetur inferri quòd nullo caſu.cóſil.clxiij.& conſi.cxciij.eod. uolum. & Dec. conſil.xxix.& Curt.conſil. penul. Anto.Rub. conſil.97.multos pro utraque parte adducit & tandem concludit communem eſſe quòd

non

non detur reſtitutio. Vt per Dec.conſil.375. numero 5. Et quod alia opinio procedit in fauorem eccleſiæ & non priuatorum; Vt late per eundem Rub.conſi.xij.numero 19. & cōſil.xxix.Soc.conſil.ij.numero 17.& conſi.38. numero 6.uolum.3.dicit quòd propter ſolā ignorantiam non datur reſtitutio;& ibi multos allegat; ponderando l.ſicut & l. hominem.C.de præſcript. triginta annorum, ubi legitur quòd talis præſcriptio præbet pleniſſimam ſecuritatem; Pleniſsima † autem ſecuritas eſt quando reſtitutio peti non poteſt l.ait prætor.§.permittitur.ff.de min.& ſecundum hanc opin.conſuluit Aret.conſi. 104.& Soci.Iun.conſ.76.nume.cij.uolum.1.Verius autem uidetur eſſe dicendum quòd etiam in præſcriptione triginta, uel quadraginta annorum non ſit deneganda reſtitutio ignoranti quia cum illa præſcriptio ſit introducta, in odium negligentis quæ negligentia non poteſt conſiderari in ignorante; Succeſsiue illa uerba paruiſsimam ſecuritatem uerificabuntur in ſciente,& non ignorante.Pro† concordandis opinionibus poſſumus dicere; opinionem Socin.in d.conſi.ij. procedere in eo qui legem ignorat; Vt habetur in d.l. ſicut in fi. alia uero, in eo qui ignorat factum; & ita tenet Socin.conſ.106.numero 5.lib.3.& conſil.

(margin numbers: 11 at "ſimam ſecuritatem"; 12 at "tur in ſciente")

ſil.xlvj.nume.xxiij.& conſi.lxvj.nume. xij. & xiij.uolum.4.licet Ant.Rub.conſi.cxvij.cum ſequ.dicat com.eſſe opin. quòd poſt triginta annos in perſonalibus & poſt xl. in realibus, ignoranti ſiuè ius, ſiuè factum non competat reſtitutio; quia idem ſibi contrarius in conſil. 13. numero 18. dicit quòd ex capite ignorantiæ; poteſt peti reſtitutio etiã ſi quis non egit, per centum annos de mente Alex. conſi. 150.uolu.7.& conſil.36.& xl. & clxv. uolum.6.& Dec.conſil.xxix.& ccclxxiij. Ita quòd iſta opinio ſit tutior, & in iudicando amplectenda, de qua etiam per Boer. deciſ. 39.numero iiij.& x.& maxime in ſtatutis reſtringentibus præſcriptionem legalem de iure communi, ad minus tempus; quia cum ſint odioſa, & contra ius commune debent minus operari. Notandũ eſt autem quod igno
13 rantia † poteſt probari per iuramentũ illius qui in ea ſe fundat; ut per Bald.conſi. 154.uolu.5.& conſil.ccccxxxiiij. eod. uolum. Guid. Pap.conſil.cxxxvij.cum ſeq.& conſi. ccxxiij. Milis in repert.in uerb.ignorantia; ſed Abb. in cap.quoſdam de præſcript.dicit iſtud procedere quando non agitur de magno præiudicio; quem ſequitur Car. conſil. 31. quod etiam procedit quando factum eſt notoriũ;
14 Vt per Felyn. in d. c. quoſdam. Vt † ſi quis

emit

emit a publica reuenditrice, tenetur reſtituere rem emptam Domino ſi res fuiſſet furata nec admittitur iuramentum: quòd emptor ignorabat rem eſſe furatam. quia ſufficit quòd ſciebat illam rem non eſſe uendentis; propter publicam ſcientiam, quòd bona non ſunt reuenditorum. Et præter hoc procedit etiam ſi eſſet aliqua præſumptio, contra aſſerentem ignorantiam quia tunc non ſufficit iuramentum; Vt per Bart. in l. omnes §. recte. ff. de fur. & Roma. conſil. 481. & Iaſ. in §. ſed iſte Inſtit. de act. ut puta ſi quis non eſſet probatæ uitæ quia quando dicitur per iuramentum probari ignorantia procedit attenta qualitate perſonæ; Guid. Pap. deciſ. 64. Tholoſ. deciſ. 447. Dec. in c. ex ratione nume. 11. de appel. Vide etiam Ancha. in c. ut circa col. 2. uerſ. item nota de ele. in 6. Paul. de Caſtr. in l. ueluti. ff. de eden. ubi dicit quòd iſtud procedit ſemel tantum, ita ut ſi quis uellet iterum probare ignorantiam ſeu impedimentum non ſufficit iuramentum; ſed debet probari per teſtes, & late Cephal. 242. nume. 17. ſed Couarruuias in §. 3. par. 3. prælect. c. quamuis de pact. in 6. in fin. dicit quòd probatio ignorantiam per iuramentum non admittitur in præſcriptionem longi temporis cum ſit aduerſus eum maxi-

ma

ma præſumptio iuris propter lapſum longi temporis, ut not. etiam Bart. in l.inter omnes.§.recte.ff.de furt.& Aim.in Tract.de antiq.temp.par.4.cap.materia iſta numero 62 ergo admittitur in præſcriptionibus ſtatutarijs quæ ſunt ſubrogatæ loco præſcriptionũ. 30.& 40.annorum ut ſæpius dictum eſt.

15 Et quòd dixi † ignorantiam non excuſare procedit in corporalibus ſecus incorporalibus ut in practic.Pap.in For.Reſp.Rei.§.præſcriptionis num. 18.Vbi dicit quòd in hoc cõueniunt omnes & ſic poſſumus concordare controuerſias Doct. de quibus ſupra. Addite diſtin.Bal.in l.prima 24.opp.C. qui admitti quas breuitatis cauſa non refero & diſt.maxi
16 mi de laud. in tract. de præſcript. poſt tract. de legitimat.uerſi.ad ſecundum qui omnino eſt uidendus & iſta amp.procedit etiam ſi debitor eſſet ignorans quia nihilominus præſcribet an actione perſonali ut eſt dictum cap.4.num.10.& 23.& per doct.Ant.de But. in c.fin.de præſcript.& Abb.in cap. cum cauſam de empt.& uenditio.cum alijs ſimil. de quibus per Afflict.ſi de feu.fu. cõt. int.dom. & cogni.i.not. numer. 23. Et quòd dixi de
17 ignorante † procedit etiam in abſente ut per Bar.in d l.prima §.ſi quis.ff.de itin. actuq́ue priuat.Abb.& Ancha.in cap. 1. de præ-

ſcrip.& Rom.conſi.124.& 146.Antonius de Butr.in conſi.77. Felyn.in cap. Vigilanti de præſcrip t.Rom.in l.cum filiusfamilias. §.in hac.ff.de uerborum obligat.Alexand.conſil. 126.lib.5.qui ita pluries conſuluit ut atteſtatur Dec.conſil.303.numero 7.Barbat.conſi. 9.& conſi.xlj.li.1.Dec. Tholoſ.76.& ibi in addit. Berous quæſt.famil.q.64.ubi dicit quòd abſenti dato quòd currat tempus ad conficiendum inuentarium ſi tamen non cõficit dato legitimo impedimento reſtituitur & ibi late ſe extendit, quomodo & quandó quis poſsit adire hæreditatem, & conficere inuentarium per procuratorem ad not. per Bart.& Alex.in c.fin.§.ſin autem in locis. C. de iure deliberan.& in l.communis in fin. ff. de acquir.poſleſſ.& late idem Berous quæſt.
18 62. Nec obſtat † quòd abſens debeat petere reſtitutionem infra quatuor annós ut per Dec.in d.conſi.303. quia illud uerum eſt a die ſcientiæ & non aliter ut per Bal.in l.falſam.C.ex fal.ca. Alex.conſi.lxxxiiij.lib.j. con ſi.iiij.lib.ij.& conſi.cxvj.lib.v.& ita communiter uidentur tenere Doctores,ſed quia plu
19 ra ſunt genera abſentium, ſciendum † eſt quòd inter alia ponuntur quatuor ut per Anchar.in cap. conſultationes de offi. deleg. & in cap.quoniam ut lit.non conteſt.& in c. li

cet

cet numero 10. de foro competen. & in c. quæ relam nume. 7. de procurat. uidelicet quædã abſentia reperitur, quæ eſt neceſſaria, & priuilegiata; Vt cauſa reipublicæ quædam priuilegiata probabilis, ut cauſa ſtudiorum, quædam priuilegiata probabilis, ut cauſa mercatorum, & quædam neceſſaria improbabilis, ut cauſa banniti.

30 Primo caſu† abſens cauſa Reipublicæ, & gaudet priuilegijs ipſius Reipublicæ. Dummo-
31 do† talis abſens nõ ſit abſens animo affectato, ut not. Roma. ſingu. ccccclvij. Tu habes quòd abſentes. Alexan. in l. pen. C. quomodo & quando iudex. Fel. in c. fin. de teſt. Areti. & Iaſo. in l. ij. §. uoluntatem. ff. ſolu. matri. ſi aũt quis ſit abſens ex cauſa legitima, & probabili, competit ſibi reſtitutio ex clauſula generali, dummodo abſentia non ſit tantum neceſſaria, nec tantum probabilis, nec tantum uoluntaria, excepta cauſa ſtudiorum & mercãtię, ut per Bal. in l. 1. C. quib. nõ obijcitur prę
32 ſcrip. long. temp. ſed† ſciendum eſt, quòd in omnibus illis caſibus in quibus cõpetit abſenti reſtitutio; procedit quatenus abſens non potuerit mittere procuratorem ad interrumpendam præſcriptionem; alias ſi potuit nõ adiuuatur, nec admittitur ad petendam reſtitutionem; ut late per Feli. in c. ex tranſmiſſa

de.

de præſcrip. qui atteſtatur de communi, Innoc. in c. cupientes in. §. quid ſi de elect. Bar. in l. 2. §. & quod diximus. ff. ſi quis caut. Alexan. conſi. 49. lib ij. Dec. in c. ex ratione nu. xxix. de appel. Pariſ. conſi. 34. nume. 19. lib. 1. Anch. in c. querelam nume. 8. de procurat. & in c. cum dilecti nume. xvj. de dol. & contu. Afflict. deciſ. l. & in tract. de iur. Protom. in
23 uerbo, ut infra 30. nume. 41. ubi dicit † quòd abſens cauſa Reipubli. tenetur mittere procuratorem ad petendum ius congrui, & quatenus propter aliquod impedimentum nõ poſſit mittere procuratorem debet ſaltem proteſtari, ut in glo. xxj. nume. 84. & per Ancha. in ca. plerunque nume. 3. de reſcrip. ubi Abb. ibi dicit, quòd tunc demum impedimentum excuſat quando impedimentum eſt cauſa ne illud fiat aliter ſi non obſtante impedimẽto ille omnino id non feciſſet impedimentum nihil prodeſt. debet itaque conſtare de legitimo impedimento per proteſtationem ſaltem, & ita tenuit Rota. coram thanis, ut per Puteum deciſ. 7. de reſt. in integ. licet Socin. in conſi. lxvj. nu. xvj. uol. 3. dicat, quòd abſens ex cauſa probabili & neceſſaria, uel probabili tantum non teneatur mittere procuratorẽ, quia communis eſt in cõtrarium, ut per Fel. in d. c. ex tranſmiſſa nume. v. Poſſet procedere

re opi.Socra. quatenus abſens ignoraret ad not.per Gom.inſtitu.de act.in.§. Rurſus nu. xxxj.& Fel.in ca.uigilanti de præſcrip.Balb. in tract.de præſcrip.4.par.4.par.prin.xxix.licet etiam uideatur eſſe contrarium de iure adnot.in deciſ.1.de iure patr.in antiq. ubi ha
24 betur,†quòd patrono currit tempus præſentandi a die uacationis beneficij, & nō ſcientiæ,etiam ſi ſit abſens,ſed circa hoc uide deciſionem xiij.eod.titu.& deciſ.vj.in no.& Biſ-
25 ſign.eod.deciſ.3. Notandum† eſt unum de mente Milis in Repert. in uerbo præſcriptio uerſ.Præſcriptio ſi eſt contra pręſentē,quod ſi præſcriptio eſt inchoata contra pręſentem per quinquēnium,& ſic pro medietate, & poſtea ſe abſentat requiritur fluxus decem annorum ad complendam præſcriptionē; quia medietas temporis contra abſentes eſt decēnium,ut per Bald.in Auth. quas actiones.C. de ſacr.ſanct.eccle.quòd dicas uerum;ſi ille, qui ſe abſentauit,erat forenſis, ſecus ſi illius
26 ciuitatis,quia præſcriptio†quæ currit in patria propria contra abſentem dicitur currere inter præſentem; ut uoluit Bald. conſi.488.
27 ſequens quæſtio.uolu.1.ubi dicit†quod mulier præſcribit bona ſibi data in ſolutum ratione dotis,propter abſentiā Mariti, & iſta præſcriptio,quoad factum dicitur inter ab-

ſentes.l. 1.ff.ex quib.ca.maio.ſed reſpectu pa triæ & domicilij dicitur inter præſentes l.fi. C.de præſcrip.long.temp.

Quarto ampliatur etiam iſtud ſtatutum pro
28 cedere† contra bannitum qui potuit conſtituere procuratorem,ut not.gloſ. in pragma. ſanct.in. tit.de pacif. poſſ. in uerbo impedimenti mihi.col.4.per l. Papinianus exuli de Min.Innoc.in c.fin.de eo qui mitt.in poſſ.& Doct.in c.prælatum; qui fil. ſint legit. quod dictum uerum eſt quatenus bannitus potuerit mittere, ſeu conſtituere procuratorem, alias ſecus, uel ſi miſiſſet,& mortuus eſſet; ut per Bal.in c.1.§.Imperialis de pac. conſtant. & Bar.in l. fin.ff. de in integr. reſti. Sed Par.
29 †in conſi.ciiij.nume. 143.uolu.1.tenet quòd præſcriptio nõ currat exuli uel carcerato per Docto.Bart.in l.Senatus de off.præſid. & Afflict.in d.tract.de iur.prothom.ubi ſupra nu. 34.Socin.conſi.80. nume.v. uolu.3. Inno.in c.ex tranſmiſſa de præſcrip.& eſt ratio quia quando præſcriptio currit ob negligentiam, negligentia non poteſt imputari iſtis perſonis,& capit ius in d.deciſ.39.nume.1.& ſeq. de mente But.in c.nihil. de præſcrip.
30 Sed†ueritas eſt in contrarium,quia ut dixi in præcedenti ampliatione non ſufficit ꝙ quis ſit abſens;niſi etiam doceat omnia feciſ

ſe,

ſe,ad tollendum impedimentum,ut eſt com munis opinio,de qua per Iaſ.in l. de pupillo. §.ſi quis.nume.ij.ff.de no.ope.nunc.

Et late Alexā.conſi.49.lib.ij.& propterea dicitur quòd quis propter impedimentū poteſt capere poſſeſsionem extra eccleſiā,adeo quòd non ſufficeret illud allegare Innocen. in c.in literis de reſtitu. ſpoliat. Ancha. in c. ſine poſſeſsione de reg.iur.Roma.conſi.433 & licet Bal. in l.ij.C.Ad l.Iulia. de ui public. dicat quòd banniti noſtri temporis, quibus ablata ſunt omnia bona non poſsint moleſtari à creditoribus; ſed ab eis ſint liberati,ut etiam late proſequitur Grammati.deciſ.85. nume.6. non tamen ſequitur. quòd de hoc impedimento non debeant proteſtari, quia priuilegium oritur ab ipſo impedimento.

Dictum Soc. & aliorum poſſet procedere ſecundum caſum dicti conſilij, uidelicet quādo quis detinetur in carcere a Rege,uel Principe alio,tāquam hoſtis & rebellis, quia tunc temporis omne auxilium ob potentiā Principis denegetur iuſtum eſt,ut ei ſuccurratur, ut per Afflictum deciſ.50.per totum & capi. d.deciſ.39.alias non.Hic infertur ad excom-
31 municatum,qui fuit † negligens in petendo abſolutionem,ut not.Fel.in c.1. & ibi Bal.de præſcript.quia qui facit,ut non poſsit agere

non excuſatur, ut per Hoſtiē. in d. c. 1. & gloſ. in pragma. ſanct. ubi ſupra late Marſil. ſingu. ccclx. ſcribit. Immo excōmunicatus non poteſt preſcribere quia eſt quaſi mortuus; ut eſt deciſ. Tholo. 76. in 2. edit. & Hoſt. in c. quod non liceat de præſcript. & Guid. Pap. ſing. cccccv. & ſic dicendum eſt procedere in excommunicato, prout in bannito; Immo
32 multo magis quia † excommunicatus naturaliter, & ciuiliter præſcriptionem interrumpere poteſt quando ei non opponeretur excommunicatio, ut per Anto. in c. ſignificarunt col. 5. de except. Mil. in Reper. in uerbo excommunicatus poteſt. Bene uerum eſt quòd ſi excommunicatus eſt ita impeditus: ut non poſsit nec abſolutionem petere, nec agere non currit ei præſcriptio; per ea quæ not. Din. in ca. imputari de reg. iur. quia non ualenti agere non currit præſcriptio, quod dictum poteſt eſſe uerum, quando quis non eſt excommunicatus ſua culpa, alias ſecus, quia tunc impotentia tanquam ſua culpa cauſata ei non prodeſt, quin terminus currat, ut uoluit Rom. conſi. 9. num. 2. & Soc. Iun. conſ. 17. & conſi. 117. uolumi. 1. & Dec. & alij in c. cum inter de except. Et eſt ratio, quia impedimentum effectuatur uel procuratum non excuſat Bal. in Margherita ad Innoc. in uerbo

uerbo citatio uerſ.citatus ubi dicit quòd citatus a Papa excuſatur. ſi non comparet coram inferiore coram quo erat citatus, dummodo non procurauerit citari a Papa; quia tunc impedimentum non releuat ut late per Marſil.in Rub.ff.de fideiuſſori nume. 153. & Fel.in c.fin.de teſtam. qua pœna autem ueniat puniendus qui ſua culpa inſorduit in excommunicatione per annum ponit Ioan.Platea.in l.quamuis.C.de decurio lib.x.& prob. in addit.ad Monach.in c.alma de ſent. excõ. in 6.ubi dicit quòd talis excõmunicatus nõ iuuatur clauſula ſolita opponi in litteris apoſtolicis, Teque ad effectum & cœtera prout etiam late proſequitur. Boer.deciſ. 290. per totum: An autem econtra non ceſſanti agere currat præſcriptio uide auream doctrinã Io.Fabr.in l.contra minore. C.de inoffi. teſtam.in ſuo Breuiario. Vide infra in gloſ. 21.num.84.85.86.

33 Quinto ampliatur etiam procedere con Minor. tra minorem,ut no.Afflict.in deciſ.370. ubi dicit, quòd contra minorem currit præſcriptio,ſed datur ei reſtitutio,ut per Innoc. & Anch.in c.conſtitutus de in integ.reſtit. late Tiraq.in tract.de præſcript.in uerbo Minores gloſ.9.& Afflict.de iure prothom. in uerbo infra 30.nu.41.Bar.in l.etiam circa fin.ff.

de Min. dicit, quòd præſcriptio ſtatutaria currit contra minorem, quando agitur de lucro captando, ſed ſemper datur reſtitutio, ſecus quando agitur de damno uitādo, quia tunc non currit ipſo iure, Bal. in c. 1. §. 1. Quo tem. Mil. dicit contra Bartolum, quòd quando præſcriptio ſtatutaria ſuccedit loco præſcriptionis iuris ciuilis, quòd ſemper currit præſcriptio; ſed datur reſtitutio. Ant. de But. & Abb. in d. c. conſtitutus tenent opin. Bar. & Sal. in l. fi. C. in quib. cau. reſtit. & gloſ. in pragmat. Sanct. de pacif. poſſeſſ. in uerbo impedimenti, mihi col. 5. & Fulg. conſ. 116. Bal. in l. omnes populi de iuſt. & iur. dicit, quòd opinio Bar. & eſt æquior. & Ancha. in c. canonum ſtatuta col. 18. de conſtit. ſed contraria opinio eſt magis communis ut per Alexan. in conſi. 65. quomodo omne datum uolu. 6. & Deciſi. conſi. 556. Bal. in l. ſi mater num. 4. C. ne de ſtat. defunct. qui modò hanc opinionem; modo illam tenet; dicit pro conciliandis opinionibus; quòd aut ſtatutum facit ſpecialiter mentionem de minore; & tunc currit præſcriptio; ſed datur reſtitutio. Aut generaliter loquitur, & tunc militat diſtinctio Barto. & aliorum, Mil. in Reper. in uerbo minor dicit, quòd minori non currunt temporales præſcriptiones, ipſo iure, niſi ille quibus iudi

cia

cia finiuntur,& tunc competit reſtitutio; ut per gloſſ.in l.fin.C.quib.ca.reſt.in integ.non
34 eſt neceſſ.Roch.de Cur.† in tract.de cõſuet. ſect.9.nume.32.dicit,quòd conſuetudo ſiuè ſtatutum ligat,non ſolum minores mulieres, & abſentes,ſed etiam infantes,& furioſos,licet eis ſuccurratur per uiam reſtitutionis. Alij autem loquentes de præſcriptione,quo ad minores diſtinguunt,aut agitur de rebus mobilibus malè alienatis, aut de immobilibus. Si de mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt currit præſcriptio: Si uero de mobilibus quæ ſeruando ſeruari poſſunt: tunc ad inſtar immobilium cum non poſsint alienari,non poſſunt etiam præſcribi; ſic notat Bal.de mente Placentini & aliorum antiquorum in l. 3. C. quib. non obijcitur præſcript.long.temp.Huic dicto Placentini, & aliorum illud obſtat,quòd res minorum poſſunt cũ decreto iudicis alienari,& tenet alie-
35 natio,ſed † præſcriptio habet uim decreto iudicis,ut uoluit Bal.in l.1.nu.19.C.de ſeru. fug.per l.poſt mortem.ff.de adopt. & bello. conſi.45.nũ.6. & ad propoſitum noſtrum dicit ibi Bal.quòd illa, quæ non poſſunt alienari niſi cum decreto ſubiacent præſcriptioni,& ideo res minorum deberent poſſe præſcribi.Ego dicerem iſtud procedere poſſe in

rebus,quæ requirunt ſimplex decretum, ſed quando requiritur decretum qualificatum id eſt cum cognitione cauſę,ſecus erit;quia prę
36 ſcriptio habet uim decreti,ſed non qualificati. prętcrea omnis pręſcriptio nō habet uim decreti;ſed tantum illa de cuius initio memoria non extat,ut not.Par.conſi.114.nume. 1. uolu. 1. ubi dicit, quòd præſcriptio talis habet uim conſtituti,& legis, & iſta non competunt præſcriptioni de qua agimus.Retenta itaque communi opinione, quòd minori currat præſcriptio, quam etiam opi. ſequitur Rot.ut not.Than.deciſ.54.ſed quòd detur reſtitutio poſſumus ampliare, ut proce-
37 dat † etiam abſque reſtitutione quando minor iuraſſet ſe maiorem, quia iuramentum minoris facit ipſum maiorem, ut uolũt communiter Doctor.in Authen. ſacramenta puberum, Guid. Pap. deciſ. 35. Pariſ. conſilio 16. numero 145. uolum. 2. Notandum eſt
38 † unum quòd eſt ſingulare;quòd ille qui fundat ſe in minoritate ad obtinendam reſtitutionem; debet eam probare.l.ab ea parte.ff. de prob.l.ſi minorem.ff.de in integ.reſtit. & ibi latè Bald.& in l.3.de Arbitr. & in conſi.
39 441.uolu.1. Nec ſufficit † ſi probaret ſibi datum fuiſſe curatorem,ut per Alexan. in conſ. 21.uolu.1.& Imol. conſi.xxiij.nume.3. licet

Rot.

Rot.uideatur tenere,quòd ætas probetur ꝑ inſtrumentum tutelæ uel curæ,ut habetur in ſummariis Auguſt.de proba.nume.ij. per de ciſ.Gom.94.ubi dicit,quòd per inſtrumentum curę,ad effectum reſtitutionis ætas non probatur:ſaltem in beneficialibus; ut per Al leg.Lapi.liij.ſed quòd nihilominus Rota coram Panica.tenuit contrarium; & pro opinione Rotæ, ſcilicet quòd per inſtrumētum probetur ætas; facit quòd notat Dec. conſi.
40 86.& conſi.448.nume.34.ubi dicit quòd ex datione curatoris probatur quem eſſe furioſum.& ita etiam tenet Lanfr.deciſ.cxcix. &
41 Corn.conſi.xxi.uolu.ij. Poſſumus† concordare opiniones,quòd datio tutoris uel curatoris facta a patre in teſtamento probet ætatem,quia cum pater præſumatur ſcire ætatē filiorum,eſt ei credendum, ut not. Ioann. de Anan.conſ.89.nume.3. ſecus autem quando poſt mortē patris tutor datur a iudice, quia iudex poſſet decipi late Sapia in de ætate de minori. & ego alibi dixi. & notandum eſt ēt ſecundum Ioachim.obſer.xvi.nume.3.quod minor petens reſtitutionem addens præſcriptionem non tenetur probare aliam læſionē.

Vide hic Io.Fab. in ſuo Breuiario in l. ſancimus.C.in quibus cauſ.reſtit. in integr. ubi dicit quòd in præſcriptione conuentionali,

nali,& conſuetudinaria currat minori præſcriptio ſed q̃ detur reſtitutio.l. Aemilius.ff. eod & c.conſtitutus extra eod. in legali autē ſi præſcriptio eſt incepta à prædeceſſore currit etiam minori alias non cum alijs declarationibus,de quibus ꝑ eũ,q̃ diſtinctiones uidētur ꝓcedere in pſcriptione lõgiſsima.30.uel xl. annorũ,nõ aũt in immemorabili, q̃a minoritas nõ eſt in cõſideratione ut ꝑ Cur.cõſ. lxxxii. & Soci.Iun.conſi.lxxvi.nu.101.uol.1.

42 Sexto ampliatur etiam procedere contra ruſticum creditorem propter generalitatem ſtatuti,adnot.per Tiraq.de utroque retract. in uerbo Oulignagier.§.j.nume.clxxxvii.uſque ad numerum ccxli.in gloſ.ix.& Cepol.in l.i.de uerbo.ſigni.Iaſo.in l.ſi quis id.ff.de iuriſd.om.iud.uerùm eſt, quòd ei ſuccurritur ſicut minori per uiam reſtitutionis, ut per Dec.conſi.v.nume.v.& Bald. in rub. de permut.ubi dicit,quòd in muliere, & ruſtico & ſimplicitas præſumitur,quando aliquid damnoſum agitur ab ipſis,etiam ſi actus ſit iura-
43 tus,ut per Soc.Iun.conſi.cvi.nume.xiii.uolu. ii.& ideo ſubueniendus eſt uia reſtitutionis, ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa; quia ruſticitati, & imperitiæ parcit prætor, ut per Soci.Iun.conſi.90.uol.2.& faciunt nota per Curt. Iun. in d. l. ſi quis id nume. 35. ubi

ubi dicit,quòd ruſticitas excuſata pœna illius legis;& Iaſ.in l.quæcunque nume. 4. C. qui admitti.dicit quòd magis fauetur ruſtico, quam mulieri, itaque ſi ruſticus per ignorantiam iuris non agnouit debitum, infra tẽpus excuſatur.l.iuris.ff.de iur.& fact. ignor.
44 ubi ita not.Roma.& Fulg.& Tiraq.† in l. ſi. unquam ita præfat.num.102.C.de reuoc. donat.dicit, quòd magis ſubuenitur Ruſtico, quam minori,& Mulieri,& Soc.conſi.39.nume.17.uol.1.dicit quod ignorantia iuris poſitiui,uel Ciuilis,excuſat Ruſticum, qui ſubuenitur ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa; & ita tenet etiam Anch.conſi.393. uiſa diligenter nume.4.& Dec. in d. l. ſi quis id nume.33.dicit, quòd ruſticitas habet fundatam intentionem ignorantiæ ex ſe ſola; Sed Soc. ibi nume. 20. limitat iſtud dictum non procedere in ruſtico ſagaci per gloſ.in l. Athletæ.§.de Ruſticis ff.de excuſ. tut. & late Alex.in d.l.ſi quis id. Sed Decius ibi nume. 38. dicit, quòd ruſticus excuſatur propter ignorantiam ſi ſit prudens,& ſagax in exercitio ſuo;in materia autem noſtra ſecus eſt, licet Bald.in d.l. iuris ignorantia dicat, quòd ruſticus deberet ire ad ciuitatem pro conſilio,quemadmodum it ad nemus pro lignis, quia Dec.in d.l.quicunque in 2.lect.num.14

dicit

dicit dictum Bald. procedere in ruſtico urbano,& ciuili,ego autem dubito,quia priuilegium conceditur propter qualitatem perſonæ & non loci,licet qualitas perſonæ oriatur a loco,ſufficit ad caſum noſtrum, ſcire quòd contra ruſticum currat, ſed competat reſtitutio ad inſtar minoris,per ea quæ ſuperius notaui,& quæ not.Din.conſi.5.nu.9.& Tiraq.de pœnis ca.xj.per totum.

45 Septimo ampliatur etiam procedere † cōtra iudeum creditorem,ut per Dec.Fel.& alios in c.1.de conſt.Bal.conſi.65.lib.3.& cōſi.13.& conſi.63.& 73.uol.4.Corn. conſilio 65.uolum.2.Bal.in l. ſpadonem §. Iam autē de excuſat.Tut.Roch.de Cur.in tract.de conſuetu.9.ſect.nume.36.& 44.Soc. conſil.71. nume..uol.1.& co nſi.119.num.16.uolum.4 in quibus locis concludunt omnes,quòd Iudæi ligantur ſtatutis,& legibus ciuitatum, in quibus habitant. Ale.conſi.6.uol.6.Io. Annibal in l.ſi Inſulam num. 20.ff.de uerbo. obliga.& propterea quòd inter uirum & vxorem Hebreos non ualet donatio Docto.in c. de Infidelibus de conſang.& affini.Pet.Duē. reg.221.in 5.ampliat.& Bal in c. 1. de Forn. fidelit. dicit quòd ſtatuta, quæ communiter uigent in Italia fœminas non ſuccedere extantibus maſculis,habent etiam locum inter Hebreos

Hebreos Alex.conſi.99.uol.6.Marſil. conſi. 101.num.44.Fel.& Anan.in c. Iudei el 2. de Iudi.& Alex.conſi.75.uol.5.dicit quòd conceſsio Principis quòd homines non ſint aſtricti portare triticum Ferrariæ comprehendit etiam Hebreos,& multo ſimilia exempla dat Roland.à ualle conſil.35.per totum uol. 2.

Et iſtud procedit,non ſolum inter ipſos Iudeos,ſed etiam inter Iudeos & Chriſtianos; Ita quòd Chriſtianus contra Iudeum, & Iudeus contra Chriſtianum præſcribat:& ita in ter.tenet Rom.in conſi.489 & D.Petra num.3.per gloſ.in c.porro 16.q. 3.quòd uerum eſt quatenus Iudei ſint manſueti contra Chriſtianos;ut ibi dicit gloſ.extendens iſtud dictum ad Saracenos, & arg. quod de utroque dicitur. in cap. diſpar. 23 q. ult.

46 Octauo Ampliatur etiam † contra creditores ratione ſalarij; ſeu mercedis, quia iſtis creditoribus competit actio ex locato. l.Titia.ff.ad Municipal. quia iſtæ actiones ſunt perſonales,& de iure communi præſcribũtur ſpacio 30.annorum.l.2.C. de conſt. pecu.l. cum perijt. C.de præſcript.30.anno. & ideò cum præſcriptio de iure communi ſit redacta ad ſpacium 16.annorum,Tales actiones cõprehenduntur ſub ſtatuto, quod maxime

pro

procedit in iſtis quæ ſunt parui momenti; Vt per Corn.conſi.92.quia cauſa eſt parui reg. uol.4. ſequitur Pirr.Angleſi.in conſti.Aurel. in titu.de execut.ex locato.cap.8.& in iſtis ſi milibus creditoribus deſidia maxime cõſide
47 ratur,& contra † deſides hom ines ſuique iu ris contemptores odioſę exceptiones propo ſitæ ſunt l.iij.C.de anna. exce pt. ex quò dixit Bal.in conſi.14.punctus, nunquid uolum.5. quod negligenti ratificare currit, præſcript. l.bonorum.ff.rem rat.hab.

Petr.Duen.regula 206.per multa oſtendit quòd petitio ſalarij præſcribitur ſpacio trium annorum cum quibuſdam tamen limit.de quibus ibi per eum,& de biennio extat bulla in Curia Fel. record. Pij Quarti, pro cautela autem famulorum notandum eſt quòd quilibet debet conuenire de ſalario quia ſi nullum ſalarium fuit promiſſum non poteſt peti,& ſufficit quòd Dominus ſubminiſtrauerit alimenta,& ueſtitum.l. in his. §. ſeruus.ff. ſol.matr.& iſtud procedit etiam in procuratore,non autem in aduocato,& obſtetrice ut dicit Afflict. in uſibus feud. tit. ex quibus ca.feu.ammitt.nu.233.ſed de conſue tudine in dubio debetur illud ſalarium etiam in Curia,quod ſolet præſtari & D.Gubernator Vrbis habet facultates ampliſsimas in

hoc

hoc & procedit manu regia; quia in continenti prætendentes mercedem poſſunt cogere Dominos ad faciendum depoſitum.

48 Nono Ampliatur † etiam contra ceſsionarium quia uere & proprie uenit appellatione creditoris ut per omnes in l.1.ff.ſi cer.pet. & eſt tex.in l.creditores cum duabus ſeq.& in l.creditor de uerb.ſign.& Cepol.in d.l.creditores nume.2.in ter. noſtris dicit communem eſſe quòd ſtatutum loquens de creditore habeat locum in ceſsionario per ea quæ not.Butriga.in q.ſtatuto caueтur,quòd Bannitus & Io.Andr.in Add.ad ſpecul.in ti.de ceſſio.act.& Bald.in l.per diuerſas. C. mandati ubi dicit de mente Ricardi quòd ſtatutum loquens de præſcriptione quoad creditorem comprehendit etiam ceſsionarium, & idem Bal.in l.1.C.de act.& obli.& late per Cepol. ubi ſupra & Roma. in conſ.142.quod ceſsionarius.& Marſil.ſing.335.

49 Decimo Ampliatur † etiam contra creditorem habentem hipothecariam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiá non dum diſcuſsis bonis prin. ut per Decium in c.cum inter nume.23.de except.Et Soc.Iun. conſi.17.nume.13.& conſi. 117. per totum uolu.1.ubi dicunt communiter reprobari cõſi.Alexan.58.uolu.5. qui uidetur uelle contrarium.

trarium, quia cum quis poteſt remouere impedimentum, & non remouet non excuſatur & ſecundum hanc opinionem tenuit Alexã. ſibi contrarius in conſil. 220. ponderatis his col. fin. lib. 6. quia ut ipſe ait, creditor eſt in culpa cum non egerit ad diſcuſsionem principalis ca. quia diuerſitatem in gloſ. ſuſpenſ. de conceſſ. præb. Pro. 1. op. Alexan. in d. conſi. 58. multa accumulat Tiraq. in tract. de præſcript. in gloſ. 7. & de hoc Bellon. conſil. 24. nume. 8. ſed ego credo aliam opin. eſſe ueriorem per ea quæ not. Soc. in d. conſil. & Decij ubi ſupra; concorda pro ut infra limi. 25. ubi late de hoc.

50 Vndecimo ampliatur † etiam extendi contra patrem in aduentitijs uel econtra in illis rebus in quibus poteſt cadere obligatio inter patrem, & filium; ut per Soc. conſil. 162. num. 7. uol. 2. & Iaſ. in l. frater a fratre nume. 37. in 1. lect. de cond. indeb. & etiam nu. 28. in 2. not. gloſſ. in l. pactum. C. de pact. conuē. & licet aliqui teneant contrarium; nihilominus iſta op. eſt communis adno. in l. Iubemus §. in ſupra dict. C. ad Trebel. Et quòd ſtatutum loquens de præſcriptione habeat locum inter patrem, & filium in aduentitijs, tenuerunt Domini de Rota coram Puteo, ut habetur in deciſ. bo. me. Achil. de Craſsis titu. de

præſcrip.

51 præſcript.deciſ.253. Vbi † reſponderunt ad doctrinam Bar.in d.l. frater a fratre; quòd quando agitur de dominio inter patrem, & filium, pater poteſt mouere actionem, ut per Bald.in l.fin.C.quòd cum eo qui in alien. poteſt. Imo dixerunt quòd ſaltem pater propter negligentiam in non petendo off. Iudicis, cùm habeat manum regiam, ſuccumbit
52 ſtatuto, & in eadem deciſ. † dixerunt quod ſi filius fecerit inuentarium de dictis bonis mortuo patre, non poteſt amplius perficere præſcriptionem iam inceptam: licet multi dixerint contrarium adnot.in l.debitoris.C. de pactis Bal.in l.fin.§.in computatione uerſi.quæritur.& ibi Iaſ.in 2.no.C.de iur. delib. & Bart.late conſ.129.

Duodecimo, & quòd ſtatutum procedat contra patrem, & filium, in aduentitijs pro-
53 cedit † etiam contra patrem cum filio emancipato; quia inter illos cadit omnis obligatio, & ualet donatio & cæteri contractus, ut per Dec.in l.1.numer.2. C.de collat. Ang.& Bal.in l.iubemus.C.de emancipat. liber. ubi
54 dicunt † quòd pater emancipando filium, facit eum ſui iuris, & tribuit ei poteſtatem teſtandi, contrahendi, & omnia ad libitum faciendi, & illi acquiruntur non ſolum aduentitia, ſed etiam profectitia; late Tiraq. in l. ſi

L unquam

unquam in uerb.dona.larg.nu.146.cum ſeq. C.de reuoc. donat.

55 Decimotertio & iſtud uidetur quòd † extendatur ad patrem, & filium inter Hebreos, quia Hebrei non habent filios in poteſtate ſecundum Scotum in 4. ſenten. diſtin. 4. & Archiepiſcopum Florentinum in 3. par, ſum. ti-
56 tu. 14. c. 13. ſed iſtud † dictũ uidetur cõmuniter reprobari quia cõmunis eſt ſcribentium opinio quòd filij Hebreorum ſint in patria poteſtate; ut per Fel. in cap. iudic. num. 6. de Iud. Bal. in l. Itẽ in poteſtate de his qui ſunt ſui uel alien. iur. Alex. conſ. 99. nu. 6. uol. 6. & conſi. 13. nume. 11. uolu. 7. Soc. conſi. lxij. uolum. 1. & Afflict. qui multos allegat in deciſ. 151. nu. 4. & Pariſ. conſi. 2. uol. 4. & Alex. conſi. 71. uol. 2.

57 Decimoquarto ampliatur † etiam iſtud ſtatutum contra filium qui poteſt petere ſupplementum legitimæ per ea quæ not. Angel. in l. Papinianus. §. ſi conſtitutioni de inoff. teſtamen. Bal. in conſi. 20. ſi pecunia uol ij. Mohed. deciſ. 151. Paul. de Caſtr. conſi cxxiij. dubia uolu. j. Boer. deci. ccl. utr. iur. Bal. in tract. de præſcript. in 4. par. 4. par. prin. q. xxiij. Bal. conſ. xxij. pũctus quæſtionis ſuper quo, uo. 4. Alexan. conſi. 8. & conſi. 34. uol. 3. & conſi. 128. uolu. 1. & conſi. 185. uolu. 2. & conſi. 45

lib.

lib.4.& conſi.lj. lib.5. Corn. conſi.cclxv.lib. 3.Bal.Paul.de Caſtr.& Salicet.in l.ſi quis filium.C.de inoff.teſtam.Cum.conſi.cxlv. Bonac.conſi.cxxiij.Ful.conſi.84. & Boerius deciſ.ccl.nume.i.& ſeq. ubi uolunt communiter omnes quòd iuri petendi ſupplementum legitimæ præſcribatur ſpacio 30.anno.& nō per quinque,ut uoluit Bart.in d.l.ſi quis filium.Immo Anto.Rub.in conſi.clvi. num.ii. dicit Fulgoſium in d. conſi.84. & Aretin.in conſi.clxvi.tenere quòd non pręſcribatur mi
58 nori ſpacio xl.anno.quia†filius ratione legitimæ habet duas actiones perſonalem,& hypothecariam.ut per Bald. in l. filium quem C.fam.hercíſ.Cum itaque præſcriptio ſtatutaria.xvi. ann. ſuccedat loco præſcriptionis 30,uel 40.ann.iuri petendi legitimam præ-
59 ſcribetur ſpacio xvi.ann.cum†filius in legitima,& eius ſupplemento ſit uere creditor; ut not.Cin.in Auth.res quæ in fin.C. cō. deleg. & Imol. in l. Marcellus.§. reſque ad Trebell. Io.Andr.in c.Rainaldus de teſtamen. & Oldrad. conſi.cvii. cum ius Municipale. Hinc
60 †eſt quòd de legitima detrahitur omne grauamen ſicuti fit in ære alieno, ut per Alexan. conſi.xliii.uolu ii.& conſi.xiii.uolu.iii. cum multis adduct. per Afflict. in deciſ.clxii.nu. iij.& Cephal.conſi. clxxvii. nu.xlvii. uolu.ii.

61 Decimoquinto extenditur etiam † iſtud ſtatutum contra legatarium, propter generalitatem Rubricę utriuſque ſtatuti, quia licet in primo ſtatuto fiat mentio tantum de creditoribus ex contractū; nihilominus cũ rub.
62 ſit generalior † extenditur ad creditorem ex qualibet cauſa, ut not. Pau. de Caſtr. Alexan. Iaſ. Soci. Curt. Iun. & omnes in l. prima. ff. ſi cert. Pet. conſi. 53. nume. xcv. lib. 3. & Dec. conſi. xxix. num. v. Vbi dicit quòd rubrica de ſignat contenta in nigro. & Paul. de Caſtr.
63 † conſi. cccxciiii. præſens caſus; dicit quòd ſi ſtatutum in corpore excludat filiam ab hæreditate matris, & rubricæ concepta ſit per uerba generalia, nihilominus intelligitur excluſa etiam ab hæreditate patris; quia attenditur generalitas rubrice non obſtantę quòd
64 nigrum limitatiue loquatur, & Bald. † conſi. cccxvi. An ſtatutum uolum. i. Vbi dicit quòd ſtatutum excludens aſcendentes per lineam femininam excludit etiã deſcendentes pro-
65 pter generalitatem rubricę, quia † rubrũ plus continens quam nigrum ampliatur, ut per Dec. conſi. dxxvii. nume. 10. Roma. conſi. xvi. Viſo Themate. Soc. conſi. 81. nume. 3. & cõſ. cxxviii. nume. viii. uolu. 4. Soci. Iun. conſi. 3. nume. xx. uolu. 3. Alexand. conſi. 70. nume. 8. lib. 7. Corn. Conſi. 135. uolumine primo. Idẽ

Soci.

Soc.Iun.conſ.18.nume.xv.& conſi.cv.nu.8.
66 uolu.3.& facit † quòd notant communiter omnes in d.l.1.ff.ſi certum pet. quòd ſtatutũ loquens in creditore procedat etiam in creditore ex legato, ut per Dec. ibi nume.26. Curt.Iun.nume.lxix.& Iaſo. nume.xlvi. qui atteſtantur de communi, attento communi uſu loquendi,& Alexan.nume.xxxvii.& xl.& Soc.xliii.quòd maxime procedit in caſu noſtri ſtatuti,quia tam in rubr. quam in nigro ſtatutum loquitur per uerbum debitum, cuius ſignificatio latiſsima eſt, Ita quòd comprehendit omnes, ut per Socin. ibi & Cur.
67 Iun. nu.70, Prætereaſ† ſtatutum extenditur, ad creditores ius hypothecę habẽtes, & ideo
68 debet etiã legatarium comprehendere † qui habet tres actiones; ex teſtamento,rei uendicatione,& hypothecę,ut not.Guid. Pap.de-
69 ciſ.ccccIxxxvii.Cum ergo † contra legatariũ currat præſcriptio de iure communi,ut not. Bald.conſi.cxxxvii. quædam uidua & conſi. clxviii.uolu.5.Dec.conſi.cclxvii.nume.4.notat Socin.conſi.lxiiii.nume.7.uolu.i.ubi dicit quòd legatario currit præſcriptio de iure communi,ergo & curret præſcriptio ſtatu-
70 taria.Immo fortius † dicit ibi Soci. quòd lex canonica, quæ non uult procedere præſcriptionem ex mala fide,intelligitur contra cre

ditorem cui actio competit; ſecus ſi non cõpetit; ſed poteſt competere agnoſcendo, uel acceptando, ut in legatario, contra quem hæres ante acceptationem præſcribit nec dicitur maleſidei, poſtquam non apparet legatarium agnouiſſe legatum, per ea quę no. Ancha. in c. ſine poſſeſsione col. 18. de reg. iur.
71 Par. † conſi. 32. nume. 15. uolu. 3. Vbi dicit ꝙ quando agitur de iure quærendi non conſideratur titulus, nec mala fides in præſcribente. & ibi iſtud ſingulariter per multos Doct. approbat & commendat, & Soci. Iun. conſi. 145. nume. 72. uolu. 1. Bald. in l. ſi partem §. ſi fundũ ff. quomodo ſer. amitt. & facit quod
72 not. idem Soc. † in dict. conſ. lxiiii. Vbi dicit, quòd quando aliquod ius competit alicui infra certum tempus; ſi permittitur illud labi tacite uidetur repudiatum, per l. ſi eo. C. qui accu. nõ poſſunt. Bar. & Ange. in l. bonorum ff. rem rat. hab. Idem Socr. conſi. xvi. nu. xxvi. uol. 4. & in ter. de legatario in conſ. 2. nu. 20. uolu. 3. & Dec. in conſi. 554. num. 2. Vbi pul
73 cherrime de mente Ancha. † in d. ca. ſine poſſeſsione, dicit quòd quædã ſunt iura, & actiones, quæ nobis debentur, non expectata alia declaratione & in talibus mala fides impedit præſcriptionem; quædam quæ nobis debentur, ſed facta prius per nos declaratione, &

non

non aliter, prouit in legatariis, & in iſtis ante factam declarationem currit præſcriptio, & debitor non dicitur in malafide; quia non tenetur non facta declaratione, ut etiam per Ancha.conſi.170. principaliter contra iſtos legatarios, Ant.de Rub.in conſi.3.nume.10. in fin. Late Tiraq.in tract.de utroq. retract. in primo titulo, in uerbo notifice gloſ.2.nu. xl. Alexan.conſi.cli.& conſi.clxiii.lib.ii. Late Dec.conſ.29.Tiraq.in l.ſi unquam in uerbo reuertatur nume.cccxci.C. de reuoc. donat. & ibi Rip.nume.cix.q.43.& in l.fin.nu. 232. eo.tit.Balb.in tract.de præſcript. in 3. parte prin.q.v.Par.conſi.vii.nume.24.uolum.1. & cõſ.xcii.nu.7.& 8.uol.3.Cephal.cõſ.clxxvii. num.45.urb.2.& latiſsime Rolãd.conſ.xxi. nume.lv.uolu.ii.& dictat ratio, quia ut etiã ſuperius dixi in prin.q. de ualiditate ſtatut. In iure acquirendo nõ attenditur bona fides uel mala; quia ſi non dũ quis acquiſiuit; præ

74 ſcribens non dicitur malefidei; immo † etiam poteſt præſcribi ius quęſitum, nec attenditur bona uel mala fides; quando præſcribitur, p fortificatione dominij præſcribentis, ut not. Bal.conſi.ccclxxxvj. quidam M.uolum. 2.ubi dicit quod dominium eſt loco cauſæ.Io.An. de Rub.conſi. 3.nume. 10. & in terminis de

75 legatario Dilect. Duran. † in tract.de art. te.

 ſta-

ſtamẽ.titu.de lega.caut.31 dicit Teſtatorem non poſſe diſponere quòd legatarii poſsint legata ab hærede exigere aliqua præſcriptio ne non obſtante,quia præſcriptio eſt introducta propter bonum publicum,& ideo debet ad euitandam præſcriptionem totiens rẽ legare, quotiens erit completa præſcriptio, quia finis unius obligationis eſt principium alterius l.ſicut.ff.quib.mod. uſus amittatur. & gloſ.in l.ſi uſufructus ff.eod.Bal.in l.ii.C. ut in poſſ.leg.cap.quia teſtator poteſt ius deperditum repetere in beneficium legatarii ẽt in infinitum.l.fideicommiſſa.§. ſi quis 10.& ibi Bar.de leg.3.ſequitur Boer.deci.328.nu. 5.adnot.per Ioan.de Ana.in c.ii.de iude.& hæc procedunt quo ad legatarium ſcientem;
76 ſecus † autem ſi ignorat ſibi rem legatam, quia tunc non poteſt,& contra ipſum non currit præſcriptio, quód uerum eſt quando
77 legatarius eſſet perſona extranea;ſecus† ſi ſit filius,quia tunc ſub prætextu ignorantiæ nõ admitteretur cum ſit ignorantia craſſa:quæ non excuſat,& filius debet inquirere & explorare teſtamentum patris;& maximè quando agitur de lucro captando, ut no.Bald.conſi. ccccIxxxiiii. caſus talis eſt,quidam ſimon. in
78 fi.uolu.4.† Hinc uidemus, quòd ius declarandi præſcribitur,ut per Dec.Iaſ.Curt. Iun. & alios

alios in l.petens.C.de pact. quod dictum nõ habet locum ſecundum Bart. in l.1. de condict.ex leg. & Dec.in l.petens nume.8.quando ius declarandi concernit ius quæſitũ,quia tunc iuri declarandi nõ præſcribitur, & ideo ſi legatarius declaraſſet iam eſſet ſibi ius quæſitum,ſed credo,quòd etiam in eo qui habet ius declarandi,in iure quæſito procedat ſtatutum cum ex eo puniatur negligentia ueri creditoris;& propterea nõ eſt nouum,quòd quis propter negligentiam amittat ius ſuum l.non enim.ff.ex quib.ca.maio.Bal.in conſi. 386.uol.5,

Nota autem quòd ecõtra legatario acquiritur poſt legatum ſibi factum , ita ut ſi quis ignoranter legat rem alienam,quam præſcribebat,& præſcriptio complebatur poſt mortem teſtatoris,hoc caſu dominium præſcriptum ſuperueniens acquiritur legatario, ſic in terminis dicit gloſ.in l. 1.§.hæc actio.ff.de eo per quem fact.erit & ibi Alex.nume.2. dicit quòd dicta gloſſ.eſt ſingularis , & non eſt alibi ; illam tamen ibi omnes ſequuntur,ubi dicunt etiam,quòd finita præſcriptione dominium rei legatæ recta uia tranſit in legatarium .

Decimoſexto & quòd dixi de legatario
79 ex eiſdem rationibus procedit † contra hæ-

redem

redem, quia petitioni hæreditatis præſcribitur de iure communi ſpacio 30.an.l.hæreditatis cum ibi notatis.C.de petit. hæred. Soc. Iun. conſ. 47.numer. 19.uolu, 2.quod etiam procedit reſpectu filij; ut per Bal.conſi. 168. proponitur, quod quidam Gianicola uolu. 5. & atteſtatur de commu.Io. Durant.in tract. teſtam.caut.6.ſub tit.de acquir.uel amit. hæ
80 red.& ſtatutaria † præſcriptio ſapit naturam præſcriptionis de iure communi, ut not. Socin.Iun.conſi.86.nume.5.uolumi.3.Par.conſi.32.nume.16.& conſi.93.num.20.uolu. 3. & conſi. 169.nume. 12.uolum.4.Gozad.conſi.64.num.13.& conſi.lxxx. nume. 5. Præterea ultra generalitatem Rubricæ, facit etiam
81 quia ualet † argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates ſi ſit eadem ratio.l. ſeruū filij.§.& qui & ibi Bar.de leg.& in l.pactum. ff.de pact.& Socin.Iun.conſ.49.nu. 7. uolu.
82 3.nec eſt † dubitandum quòd appellatione creditoris ueniat hæres.l. creditoris de uerbo.ſignifi.etiam ſi ex lata ſignificatione quia
83 † argumentum de propria ad latam ſignificationem ualet etiam in exorbirantibus quādo identitas rationis in utroque caſu uerſatur.l.filium habeo in prin.ff.ad Maced. doct. in l.ſi conſtante.ff.ſol.matri.& Soc.Iun.conſi.25.nume.15.uolu.3.ſed quod identitas ratio nis

nis ſit in utroque caſu patet ex eo, quia puni tur negligētia propter publicam utilitatem, ut aliquando ſit finis litium & ne dominia in perpetuo ſint incerta, ut not. Anch. conſilio 170. & Soc. Iun. conſi. vj. num. xix. uolum. iij.
84. Hinc uidemus † quòd ſtatutum loquens de domo comprehendit etiam nauem quando concurrit identitas rationis etiam in odioſis ut not. Alber. in 2. par. ſtatut. q. xxxv. & late Tiraq. de utroque retract. in primo titu. in uerbo Aultres gloſ. 7. §. 1. nume. 87. cum itaque præſcriptio quæ currit creditoribus ex contractu de iure communi fundetur ex eadem cauſa; in qua fundatur præſcriptio quæ currit contra hæredes, ſucceſsiuè dicendum erit, quòd ſtatutum utrunque comprehēdat,
85 immo † currit etiam contra hæreditatem iacentem quatenus inchoata ſit contra defunctum, ut not. Cin. & Bal. in l. licet C. de iur. de lib. & Soc. conſi. lxj. num. xix. uolum. 1. & Bal. conſil. 48. inter cætera uolumi. 1. licet idem Bald. contrarium teneat in conſ. cl. quidam gratia, uol. 2. quia alia opinio eſt uerior iuxta diſtinctionem eiuſdem in d. conſi. 48. latè Paul. de Caſtr. circa hoc in l. ea quæ. §. ſi quan-
86 dò nu. 5. C. de temp. integr. reſtit. Duran. † in tract. ubi ſupra cautel. 6. dicit quòd filij non obſtāte præſcriptione poſſunt agere & agno

ſcere

ſcere hæreditatē ex capite unde legitimi da to, quòd excludantur præſcriptione a capite unde liberi; ut per Alex. & alios in d. l. licet, & eſt communis opinio, ut per eundem Alexā. conſi. lxxxix. lib. 2. & Cor. conſil. 70. lib. 4. & Gozad. conſi. lix. nume. 7. quoad extraneum uerò ſi extat ignorantia reſtituitur aduerſus præſcriptionem 30. annor. non autem maiorem, ut per Duran. ubi ſupra Deci. conſi. 303. Alex. conſi. 106. li. 5. & Fulg. conſi. 64. cum ſimil.

Et non ſolum petitio hæreditatis, ſed interdictum quorum bonorum, & alia remedia adipiſcendæ cadunt ſub ſimilibus ſtatutis ut per Doct. in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. & Bellon. conſi. xxxv. nume. 7. prout etiā dicitur de iure dicendi teſtamentum nullum ut per Imol. in l. ſuper §. filio. ff. de iniu. teſtamen. ubi Bald. dicit hanc eſſe communem opinionem, licet ipſe teneat cōtrarium, prout reiecta iſta ſecunda opinione, communem amplectitur in l. licet. C. de iur. delib. uidetur etiam quòd iſtud procedat contra fideicommiſſarium, contra quem licet non currat longa præſcriptio, uidetur tamen ꝙ iſta currat. l. fin. §. penult. C. commun. de legat. Soz. conſi. cclj. lib. ij. Corn. conſi. cxvij. li. i. Cephal. conſi. ccxv. nume. xxv. lib. ij. Alex. conſi.

conſi.59.num.xij.uol.3.quod ego credo uerum a die quo fideicommiſſarius potuit agere ad ea quæ dixi infra eod. nu. cv. ccxxvij. ccliiij. & ccciij. quo caſu etiam nihilominus illi dabitur reſtitutio ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa. Ruin. conſil. liiij. nume. 9. lib. 5. Alexand. conſi. cxiij. lib. 1. & conſi. cxlix. lib. 2. & Rub. conſil. 13. dicit quòd iſtud procedit etiam in præſcriptione centum annorum, ut late per Cephal. conſi. 102. numer. 27. uolu. 1.

87 Decimoſeptimo ampliatur † etiam procedere contra hæredem, qui titulo diuiſionis tradidit rem pro diuiſo hæredi putatiuo, uidelicet pro illa medietate quam tradidit Barto. in l. cum ſolus, & in l. ſi per errorē de uſu cap. Quod dictum declarat ibi Imol. procedere ſi hæres putatiuus habet iuſtum errorē,
88 quia † titulus diuiſionis ſi contineat per errorem bonam fidem; dat cauſam præſcribendi: ſic in terminis conſuluit Soci. conſi. 33. nume. 8. cum ſequen. uolu. 3. Dec. qui multos allegat conſi. 267. num. v. Par. conſi. 66. nu. 84. uolum. 3. Fel. in c. de quarta nume. 24. de præ
89 ſcript. quod procedit † etiam in rebus eccleſiaſticis. Egid. deciſ. 705. Rot. deciſ. 3. de præſcript. in nou. Alex. conſi. lviij. uolum. iiij. & ſic eſt communis, quòd titulus putatiuus in

quoli-

quolibet actu dummodo ſit iuſto errore inductus;cauſat præſcriptionem.uide Bald.in l. ſuper longi. C.de præſcrip.long. temp. & in l. 1.C.com.utr.iud.& ibi Paul.de Caſt.& in l. ancillam.§.ſi pater,pro ſuo.

90 Decimooctauo ampliatur † etiam procedere contra creditorem ex donatione cauſa mortis; tum propter cauſas quas adduxi in præcedentibus duabus ampliat, tum etiam

91 quia † ſtatutum loquens de contractibus,uerificatur in donatione cauſa mortis; ut eſt cõmunis opinio de qua per Aret. Alex.Soc.Iaſ. & alios in l.ij.ff.de uerb.oblig.& Anch.conſi.384.quia donatio cauſa mortis ſapit natu

92 ram cõtractus,† & natura compoſiti ſeu mixti eſt accedere ad naturam eius, de quo magis participat; ut per Doct.in d.l.ij.& Anch. conſi.384.nume.iiij.per l.iiij.ff. de ſtat. ho. licet Soc.cõſil.cl.num.xxj.uolu. 1.dicat ꝙ in odioſis ſtatutum ſimpliciter loquens, non debet trahi ad caſum mixtum,& in conſil. 121. num.3.eod.lib.per conſi.Ang. cclij. & Bar. in l.certi condictio. §. quoniam igitur ff. ſi cert.peta.& Socy.Iun.conſi.38.nume. 14.uolum.1.& nihilominus in proprijs noſtris terminis tenuit primam op.Par.conſi 97. num. 3.& 4.uolu.3.ubi atteſtatur de communi & ſequitur Dec.conſi.279.uide circa hoc pul-

chram

chrani declarationem gloſæ ſuper regula can cel.29. & Ancha. in c.per exemptionem de priuil.in 6.& in c.quanto de iudic.& late Tiraq.de utr.rect.tit. 1.§.30.gloſ.1.nu.30.

Decimonono & iſtud procedit etiam in creditore ex donatione inter uiuos, quia ſta-
93 tutum prohibens † aliquem contrahere prohibet etiam aliquem donare, ut not. Bart.in d.l.contractus.C.de fi.inſt.& Bal.in l.ſi quis emptionis num.1.C.de præſcrip.30.an.& Socy.conſi.130.num.2.uolum.1.& quòd præſcriptio in terminis tenuit Ioan. Anto. Rub. Alex.conſi.154.nu.8. per not. per Balb. de præſc.in 1.par. tertiæ part.prin.q.3. præcedet etiam quæ ad peten.inſinuationem. Bal. Ang.& Sali.in l.ſicut.C.eod.& rub.conſi.44. numero xxij.uolum.1. & conſilio .73.uolum.5.

Vigeſimo ampliatur etiam ſtatutum pro
94 cedere † contra debitorem, qui paſſus eſt creditorem ſuum mitti in poſſeſsione ex primo decreto,in actione reali & in perſonali, ex ſecundo;quia tunc incipit currere præſcriptio quoad proprietatem contra ipſum debitorem,dixi in gloſ.uel ſi interruptam præſcriptionem per no.ab Alex.Bar.Iaſ.Paul. de Caſt.& omnibus in l.3.§.genera.ff. de acqui ren.poſſeſſ.& in l.ſi finita.§.Iulianus de dan. infect.

infect.& Petr.de Groſ.Petris in ſuo tract.de pri.& ſecundo decreto in prin. uide eundem Alex.in l.prætoris nu.2.& in l.quid de creditore nu.5.de dam.infec.& Bal. in l.in poſſeſſionem.C.de bo.au.iud.poſsid.

Vigeſimoprimo ampliatur etiam procedere contra creditores in fauorem fideiuſſo
95 ris,quia † fideiuſſor uerè & propriè dicitur debitor,ut uolunt Bar.Bal.Iaſ.Rip.Cur.Iun. in l.1.ſi cert.peta. & ibi Dec. nume. 30. ubi dicit quòd quo ad creditorem fideiuſſor ue-
96 rè & propriè eſt debitor;& Alexan.† in conſi.cxiij.uolum.3.ubi dicit,quòd fideiuſſor cõprehenditur in ſtatuto loquente de debitore,quod uoluit etiam Imol.in l.1.de ſolut. & Soc.in d.l.1.in fin.ſi cert.peta.& ibi Alex.nu.
97 48.Hinc † dicitur quòd confeſsio facta præſente fideiuſſore, non dicitur facta parte abſente cum per fideiuſſorem poſsit quæri reo principali exceptio doli.l.in duobus.ff.de in terrog.act.Bald.conſi.391.in primis uidendum eſt an cõfeſsio uolu.3.& idem in l.tam mandatori nume.10.C.de non nu.pecu. Videtur in terminis tenere, quòd præſcriptio rei proſit fideiuſſori, ego dixi in gloſ. uel ſi interruptam præſcriptionem uerſi.interrumpitur etiam præſcriptio per dilationem, & ideo amplius hic non repeto.communis eſt,

ut

ut ibi dixi, quòd iſta ampliatio non ſit uera cum quibuſdam diſtinctionibus, ut ibi.

Poteſt bene ampliari ſtatutum, ut procc-
98 dat†contra fideiuſſorem in fauorem debito ris quando fideiuſſor ſoluit pro reo; & deinde negligit petere quid ſibi debetur, quia fideiuſſor eſt uerè creditor ſoluta pecunia pro reo, & fideiuſsio nihil aliud eſt quam contractus, quia fit per ſtipulationem, ut no. Bal. in conſi. 10. Petrus fideiuſsit uolu. 4. iccirco cõprehenditur ſub ſtatuto etiam ſi tantum procederet in creditoribus ex contractu.

99 Vigeſimoſecundo ampliatur ſimiliter†in fauorem eius, qui emit bona debitoris, quia trãſacto tempore debitæ præſcriptionis nõ poteſt amplius moleſtari argumento adnot. per Bal. Ange. & Salice. in l. quoties. C. de do nat. & Soc. conſi. 236. nume. 1. lib. 2. ex cuius doctrina colligitur iſtud eſſe uerum; etiam ſi debitor uendẽdo appoſuerit pactum, ut em-
100 ptor ſatisfaciat creditoribus; quia licet†donator in re donata apponat pactum, ut donatarius ſatisfaciat creditoribus; ex tali pacto nõ quęritur actio ſine ceſsione creditori; de hoc dicto facit mentionem Tiraq. de utroq; retract. in primo titulo in uerbo Ou æquipol
101 lent. §. 1. gloſ. 14. nu. 16. & Bald.†in conſi. 315. ponitur, ꝙ antiquitus uolu. 3. ubi dicit,

M quod

quòd etiá ſi teſtator mandaret debita ſolui non comprehenderentur debita præſcripta.l. is cui.ff.de ſolut.ubi dicit,etiam quòd ſi teſtator mandat ſolui omnia debita non intelligitur de debitis præſcriptis, uel aliquá exceptionem patientibus,& Bal.in l. id quod pauperibus nume.22.uerſi.fuit diſputatum C.de Epiſco.& Cler.& in d.§.Flauius. ubi dicit, ꝙ ille tex. eſt melior de iure, quia qui mandat ſolui omnia debita, intelligit de efficacioribus,& de his quæ pariunt actionem, ut not. etiam Roma.in l.fideiuſſor obligari.ff. de fideiuſſ. quod dictum uerum eſt quando dictus teſtator habeat alios creditores, quia ſi illa tantum debita præſcripta haberet ne uerba ſint ſuperflua intelligitur de illis. declarat Fel.in c.ſi romana nume.8. de reſcrip. & de mente eiuſdem Bal.in l.quibus diebus.§.dominus ff.de cond.& demonſt.& ibi late Soc. & nume.7.uſque in finē &c,Imol.Cumanus & alij per quos late de debito legali.

Adde etiam Aret.conſi.xciii.nu.3. & hinc inferam quòd ſi quis emit aliquid non ſeruata ſolēnitate ſtatuti, nihilominus uidetur ꝙ præſcribat,dūmodo ſtatutū non reſiſtat alienationi aliter factæ; ſed ſimpliciter prohibet illá fieri ſine certa ſolemnitate.ſic dicit Bellon.conſi.xlvi.nume.vi.ad not. per Bar.in.l. fin.

fin.col.fin.C.in quib. cauſ. non eſt neceſſ. in integ.reſtit.& communiter omnes in ſ.filius famil.§. diui in penul.q. Bart. ff. de legat.1. Balb. in tracta. de præſcript. in v. par.v. par. principalis. ſed quomodo iſtud ꝓcedat, uide Bellon.ubi ſupra.ego autem ſum in cõtraria opinione per ea quæ dixi ſupra. gloſ.7. quia qui mercatur contra formam legis,illius beneficio gaudere non debet.

Vigeſimotertio ampliatur etiam procede
102 re†contra creditorem per pactum de retre-uendendo, quia huiuſmodi pacta præſcribuntur de iure communi ſpacio 30.an.Fel. in c. cum acceſsiſſent de conſtit.& in c.ſi diligẽti de for.compet.& in rubr.de præſcrip. Bald. cõſi.303.ad euidentiam præmittẽdum uol. 1.Signor.conſi.cxxxix.Ange.conſi.lv.Anch. conſi.331.late Tiraq. de utroque retract. in uerbo Ateltemps.§.1.gloſ.2. nume.vi. Iaſo. in l.petens C.de pact.& ibi Dec.nume.7.Immo Anchar.in d.conſi.31.dicit, quòd huiuſmodi pacto præſcribitur ſpacium 30. anno. & ideo ius de retrouendendo tanquam ius petendi quid ſibi ad certum tẽpus debetur ſub ſtatuto de præſcript. comprehenditur, quia
103 etiam†ius hypothecæ quod requirit tẽpus 40.anno.ut not.Fulg.conſi.123.& Cur.Iun. in d.l.petens nume.15. comprehenditur ſub

 iſto

iſto ſtatuto,quod procedit etiam ſi dictũ ſit quòd teneatur toties quoties,ut per Ange.d. conſi.lv. quem refert & ſequitur Io.Anto. de Rub.conſi.75.nume.iij.immo etiam ſi pactũ de quo ſupra eſſet iuratũ præſcriberetur eodem ſpacio non obſtante iuramento,ut not. Ange.d.conſi.lv.& Dec.conſi.clxiiii.& de cõmuni atteſtatur perr.Angleb.in conſt.Aurel. in tit.de cenſ.ca.7.uide infra in limit.xix.

Vnum ſingulariter nota quòd iſta pacta nõ tranſeunt ad ſecundum emptorem ut eſt communis opinio, de qua per Ruin. conſi. lxxvi.nume.ix.uolu.1. & conſi. xxxii. nu.xvi. eod.uol.ubi dicit quòd opinio Paul,de Caſt. in l.ſi cum uenderetur,ff. de pignorat. actio. communiter damnatur ut per Alexã. conſ.x. uol.1.Deci.conſi.clxxvii. late de hoc Tiraq. de utroque Retract. gloſ.7.§.1. nu.vi. & 14. Io.Petr.Anch.Regien.in quęſt.famil.xiii.per totum ab hac ętiam ampliatorie inferas contra emptorem qui habet actionẽ de euictione,quia ſtatim re euicta contra ipſum incipit currere præſcriptio prout ſingulariter dicit Salic.in l.empti.nume.ii.C. de euict. prout etiam hinc poteſt inferri contra illum, qui mutuauit uel depoſuit, quia licet iſtud expreſſe caueatur in ſtatutis urbis eſt etiã conforme diſpoſitioni iuris, quia licet talis ſciat

ſe

ſe debitorē,non tamen uidetur quòd poſsit dici in mala fide,dummodo ſit in uoluntate ſoluendi facta debita interpellatione; quia alias non facto proprio, ſed beneficio legis præſcribit Cor. conſilio cclxxvij. uolum. ij. Soz.uen.conſil.cxlv.numero lxv.uolum. j.& late Riminal.Inſtit.per quas perſon.in princ. nume.xxix.

104 Vigeſimoquarto ampliatur † etiam procedere contra creditorem ſpurij, qui licet non longo; longiſsimo tempore poteſt præſcribere ut not. Bald. in l. id quod numero xxxiiij.ca.de epiſ.& cleri.& late Marſi.ſingu. ccccIxxviij.ſpurius.

105 Vigeſimoquinto ampliatur etiam † procedere contra eum qui habet ius offerendi gloſ.in l.cum notiſsimi §.ſed cum illud.C.de præſcript.xxx.ann.Bar. in l.pignoris de uſucap.Cur.Iun.in d.l.petens nume.xij. C.de pactis,& Bald.in d.l.cum notiſsimi nu. xiiij. Idem Bald.in cap.primo de feud.dat.in uim leg.commiſ.nume.v.dicit quòd quando in pignoribus eſt appoſitum pactum legis cōmiſſoriæ odio creditoris iuri offerendi nullo tēpore pręſcribitur;& ibi late de hoc articulo. ſed tandem concludit quòd iuri offerendi præſcribatur quando eſt præambulum agendi,per l.fin.de bon.auct.Iud. poſſ. quemad-

modum etiam iuri diſplicendi præſcribitur l.quod ſi nolit §.ſi quid ita de edili.edict.& l. ſi partes §.primo ff.quemad.ſeruit.amit. Bartol.in l.competit.C.de præſcript. xxx. anno. dicit ſecundum aliquos,quòd aut debitor eſt poſſeſſor,& nunquam aduerſus eum præſcribitur ius offerendi; aut non eſt poſſeſſor, & tunc ſecus,ut refert Pir. Angleb. in conſtit. Aurel.in tit.de feud.cap.xiiij. Vbi dicit Bar. diſtinguere inter ius & facultatem, alij uero ut dixi inter poſſeſſorem,& non poſſeſſorē. Præterea de mente Bal.in d.l.petens,& Bart. in l.interdum.§.fin.de uerbo. oblig. quod ius præſcribēs oblationem ad purgationem moræ, uel ad conſequendam abſolutoriam non permittitur; quando res debita offertur, §. fin.inſt.de perpe. act. Diſtinguendo inter litem conteſtatam, & non conteſtatam quo ad cōſignationem uel oblationem.Ita quòd ante litem conteſtatam ſufficiat oblatio, lite uero conteſtata conſignatio, licet Rom. & Imol.uideantur tenere, quòd ſemper oblatio ſufficiat. de hoc late per Doct.in l.ſi Inſulam. Bal.in d l.cum notiſsimi in 2. lect. dicit quòd quando inſurgit aliquod ius agēdi,tūc præſcribitur, aliàs non,& ſic concordat opiniones contrariorū,ut etiā uoluerunt multi, à de quo per ipſum in cōſil. cccxlij. ſuper eo

uolum,

uolum.primo,& ſic diſtinguit Bar.in l.pigno
ri de pigno.uidelicet,quòd quãdo oritur a-
ctio,tunc præſcribatur quod etiam declarat
Aret.in §.Actionum inſtitu.de act.Signorel.
conſi. clx.& Dec.in dict.l.petens numer. vij.
& conſi.clxiiij.num.iiij.& Anto.de Rub. con
ſi.iij nume.ix.& de hoc,an iuri offerendi prę
ſcribatur;& iſtud procedat ante, uel poſt ſen
tentiam, & an ante uel poſt primum uel ſe-
cundum decretum. Late tractat.Capic.deciſ.
ccij. per totum, & Bald. in c. paſtoralis nu-
me.iiij.de off.ord. Vbi ex iſto dicto infert ad
106 q. Añ † miſſus in poſſeſsione ex primo de-
creto rem præſcribat, & tenet quòd miſſus
in reali actione ſic,ſecus in perſonali.uide la
te ibi per eum, & de materia poſ. ex primo
decreto & ſecundo præter doct. in l.iij.§.ge-
nera de acquir.poſſ.& in l.ſi finita §.Iulianus
ff.de damn. infect.late tract.Dec.in cap. con
ſultationibus de off.deleg. Et circa hunc arti
culum plura coaceruat Paris conſi.xcij. num.
liij. uolum.iij. Vbi dicit quòd quãdo ſimplex
eſt facultas offerendi, & non ius formatum,
nec productum,tunc nullo modo admittitur
præſcriptio, niſi iſta facultas eſſet talis, quòd
per eius exercitium acquiratur ius deducibi-
le in iudicio,quia tunc etiam poteſt præſcri-
bi per ea quæ not. Doct.in l.prima de cond.

ex leg. quia idem debemus iudicare de dedu cente ſicut de deducto. t. oratio de ſponſ. Vide quæ dixi in limit. 22. de creditore ſub con ditione; niſi iſta facultas uel ius offerendi concerneret exceptionem, uel retentionem; quia tunc nullo modo præſcribitur, ut per Bar. in d. l. pignori de pign. & Signorel. d. con ſi. 40. & Dec. conſi. clxiiij. Mil. in reper. in uer bo præſcribi non poteſt contra ea, & Socin. Iun. conſi. cxlv. num. xxxvij. uolum. primo ubi inter. dicit quòd facultati aliquid faciēdi quæ eſſet ſequela actionis, & proueniret ex contra ctu præſcribitur; & ita cuilibet facultati offe- rendi, & redimendi, ut per Doct. in l. 2. C. de pact. inter emp. & uend. & Ang. in conſi. lv. ſi- militer & præſcribitur facultati aliquid fa- ciendi per modum iuris, ut patet in facultate adeundi, ut l. licet; & ibi Docto. C. de iur. de- lib. & eſt communis licet Iaſ. uideatur contra rium tenere ad cuius dicta optime reſpon- det Pir. Angleb. in d. l. licet & in l. prima. C. quādo non peten. par. uide nihilominus Ioa- chinum in 4. centuria ſuarum obſerua. obſer uat. 4. qui dicit quod iuri offerendi nunquam pater ſcribitur per Corn. conſi. clxxvij. uol. 3. & Balb. de præſcrip. par. 4. prin. 1

Late de hoc Crauet. conſi. lxxj. Roland. à Valle conſi. xxj. uolu. ij. ubi optime diſputat hanc

hanc materiam iuris offerendi,& in hoc conueniunt omnes quòd quando ius offerendi eſt ſequela actionis illi præſcribatur. ſecus autem ſi ſit ſequela exceptionis, quia nullo tempore præſcribitur, licet Ang.conſi.54.ad fin. dicat, quòd indiſtincte præſcribatur, dato etiam quòd emptor promiſit reſcedere quoties uenditor reſtituit precium interueniente etiam iuramento, quem ſequitur Roder. Suar.in l.ſi poſt rem iudicatam in 2.not. nume.6.ff.de re iudi. Iuri autem offerendi ratione retractus præſcribitur ſpacio unius anni ſtante etiam ſtatuto, quòd agnati poſsint reuocare alienationes factas per ſuos conſanguineos. Bald.in c.j.§.ſi Titius ſi de feud. fue. cõtrouerſ. Doct.in l.ij.C.de iur. emphiteot. & ita ſeruatur in Curia propter Bullas Sixti Quarti, Leonis x.& Pij Quarti. Vide tamen quid in contrarium allegetur per Tiraquell. de utro.retract.in uerbo de dans lan. gloſ. x. qui uidetur uelle, quòd de iure communi requiratur ſpacium xxx.annorum. Prout etiam requiritur in præſcriptione actionis finium regundorum Fab.Inſtit.de actio. §. quædam actiones nume.xxxv.& Docto.in l.fin.C.fin. regun.& late Balb.in Tract. de præſcript. in quart. par.quart.part.princ.uerſi.xiiij.& Hiero.de Monte in Tract.fin.regund.cap.lxxiiij.

cum

cum ſequen. & per conſequens iſta præſcribentur tempore præfixo a ſtatutis, quod ut ſæpius dixi, ſubrogatum eſt in loco iuris cõmunis.

107 Vigeſimoſexto ampliatur etiam † procedere in iure dicendi contractum ſimulatum, ut not. Bal. conſi. ccccx. li. iiij. & conſi. clxxxix. li. 5. & Tiraq. in tract. de utroq. retract. in uerbo notitiæ gloſ. 2. §. 39. num. xxxviij. & Boer. deciſ. clxxxij. nume. 11. ſed de hoc poſſet aliquantulum dubitari, quia contractus §. illici

108 tus † nunquam præſcribitur etiam ſi eſſet iuratus, ut per Bal. conſi. cccxxij. Verum poſt 30. ann. uolum. primo, & Socin. Iun. d. conſi. cxlv. nume. lix. uolum. primo, & late Barb. cõſi. lj. uolu. 1. & Alexand. conſi. 50. uolum. 3. & Cum. conſi. clv. dicit quòd contractus ſimulatus non eſt contractus, ſed umbra, & ideo nullum effectum unquã producit; ſequitur Soc. conſi. cclxiiij. uolum. 1. Pro reſolutione Iudæus. Tiraq. ubi ſupra. Et idem dicendum eſt de contractu nullo; ut per Doct. in alleg. locis, ſed coniungenti utrunque caſum fœdere diſtinctionis poteſt dici, quòd aut contra-

109 ctus † nullus nutrit peccatum & ſemper dici poteſt de nullitate, quia ius peccandi non poteſt præſcribi, aut quis uult dicere de nullitate per uiam agendi, & tunc poteſt de iure

communi

communi per 30.annos,& ſucceſsiue per 16. iuxta ſtatuta urbis : Aut vult dicere contra-ctum nullum per uiam excipiendi, & tũc per petuo poteſt,ut voluit Bolog.in add.ad conſi.Io.de Anan.xvj.nume.14. per ea quæ not. Bar.in l.diuus de re.iud.& in l.qui agnitis. ff. de except.& Doctor.in cap. licet de probat. & iſta procedunt ad dicendum contractum, ſententiam , laudum , & ſimilia nulla, ut per Ioan. de Anan.& Bolog. in d.conſil.16. & in Zab. in clemen. prima nume. xij. de re iud.

110 Vigeſimoſeptimo ampliatur etiam † in eo qui habet ius agendi ad cõmiſſum , quia hæc actio adinſtar perſonalis durat per 30. ann. Gui.Pap.Dec.ccccxij.ergo & ſicut aliæ actiones;iſta comprehendetur ſub ſtatuto, quòd
111 uerũ eſt ſi dominus † non ignorabat rem incidiſſe in commiſſum,quia etiam ſi reciperetur ſolutio,non ſibi præiudicaret.Specu.in titu.de emphithe.§.nunc aliquam q. xxiiij. Iaſ. in l.ij.C.de iur.emph.num lij. Bar. in l. mater de inoff. teſtamen.Alexan.conſi.14.lib.2. & conſi.cv.lib.3.& Doct.in l.Meuius.§. duobus de leg.ij. quia ſtante præfata ignorantia dominus poteſt ſemper declarare, Immo
112 † & eius etiam hæredes gloſ.in l.iij.§.quod autem.ff.quod quiſq. Iur.Bal.Aluar.& præp.

in c.imperialem.§.Inſuper de prohibit.feud. alien. per Fed.& Abb.in cap.fin.de donat. di
113 cit † eſſe uerum ſi pœna committitur ipſo iu re; ſecus autem ſi non adeſſet iſta clauſula, quia tunc non poteſt mortuo illo qui incidit in commiſſum declarari in præiudicium hæ-
114 redum,quia † actio ad pœnam non tranſit contra hæredem l.ſi eum §. qui minorum ff. ſi quis caut.Cum.conſi.clxiiij.alias clxvj.Cor ne.conſi.cxviij.uolum.primo.ſed Dec.conſi. ccvj.uult etiam iſtud procedere ſi adeſt illa clauſula ipſo iure.communis autem eſt in cõ trarium,ut per Iaſ.in dict.l.iij.Pro concordã dis opinionibus poſſumus dicere, quod aut hæredes prædicti ſunt maiores,aut minores; ſi minores poſsint petere reſtitutionem in in tegrum ad euitandam pœnam commiſsi, pri mo ex clauſula generali;ſi qua mihi iuſta cau ſa;ut per Specul.in d.§.nunc aliquam.q.18.& ex alio etiam capite,quia ſunt hæredes,& ſuc ceſſores iuris alterius, & facit etiam quia
115 † multiplex eſt ceſſatio; una culpabilis; ut quando quis ceſſat quid eſt mora, alia ſine culpa, ut quando quis ceſſat ob aliquod im-pedimentum, alia propter naturam quia na
116 tura ceſſat producere. In † materia pœnali non dicitur ceſſatum quando culpabiliter nõ ceſſatur l.prima §.ſi cum duobus de collat.

Bald.

Bald.conſi.clxxiij.duplex eſt ceſſationis uolum.iiij. & ideo hæredes † propter iuſtam
117 ignorantiam non ſunt in culpa, & ſic ſaltem ueniunt reſtituendi aduerſus præſcriptioně, ſed iſtud procedit quando res incidiſſet in cõmiſſum poſt mortem emphiteotæ uel alterius debitoris.ſecus ſi ante mortem quia hæredes ſuccedunt defuncto in bonis cum ſuis uicijs,& qualitatibus.

Notandum eſt autem,quod ſolutio recepta per procuratorem antequam dominus declaret, præiudicet Domino Io. Andr. & Imol.in c.potuit locati communiter Doct. in l.2.C.de iur.emphit.quod tunc demum uerum eſt ſi Dominus & procurator ſciebant rem incidiſſe in commiſſum alias non.Alex. conſi.cxiij.uolum.3.Afflict.deciſ. 129. num. 9.& 20.ubi dicit quòd ſi procurator ignorabat caducitatem per receptionem penſionis non præiudicat Domino, etiam ſi dominus caducitatem ſciuiſſet, quod dictum credo eſſe uerum, quando Dominus habita notitia de exactione quãdo non ratificauit, quia per ratificationem non prius facta declaratione dicitur ſibi præiudicare ut ꝑ multa dicit Crauet.conſ. ccxxxvij.

118 Vigeſimo octauo ampliatur † etiam procedere contra eum qui habet ius proponendi

errorem calculi,per ea quæ not. omnes in l. prima C.de erro.Cal.& Bar.in l.2.C. de iur. fiſ.lib.10. Vbi Bald. diſtinguit hoc modo,
119 †aut computatio fuit facta per eum de cuius off.non erat, & tunc per mille annos, & plus durat ius obiiciendi errorẽ calculi,propter incompetentiam computatoris; aut fuit facta per eum ad quem ſpectabat computa-
120 tio;& tunc aut†expreſſus fuit error, & tunc nunquam præſcribitur,aut non eſt expreſſus,
121 & tunc ſic. uide hic Io.†de Anan.conſ.6.nume.j.& per totum,ubi dicit inter alia quòd ſi pronunciatum eſt ſemel ſuper errore præten ſo,non auditur ulterius excipiens de errore calculi, & late ibi quomodo procedat per ipſum & Bologn. in add.

122 Ex hac ampliatione infertur ad eum qui † fuit grauatus in menſura uel æſtimatione. Immo talis debet infra annum de huiuſmodi grauamine conqueri,ut per Bald.conſi.387. ille qui grauatur uolum.3.& querelando non ſufficit probare ueterem ęſtimationem,quia pretia mutantur in tempore l. pretia rerum cum ibi not.ad l.falcid.ſed aduertatur, quòd Bal.in d.conſi.loquitur de æſtimatione facta per ciuitatem, de æſtimatione autẽ inter priuatos,attẽta materia l.2.C.de reſcind. uend. cui legi præſcribitur etiam ſpacio 30. anno.

ſimiliter

ſimiliter dicendum erit quod comprehenda tur,ſub iſto ſtatuto.

123 Vigeſimonono ampliatur etiam †ut pro cedat ſtatutum in cenſu ſiue annua præſtatione quæ debetur, ex contractu adnot. per Corn.conſi.42.lib.3.& conſ.268.lib.4.Caſſ. in conſuet.Burg.in tit.des,cenſeſ.§.num.33. quia de hoc habetur in tẽporali præſcriptione.l.cum notiſsimi.§.in his de præſcript.30. ann.Doct.in cap.de quarta de præſcrip. Iaſ. in l.de pupillo.§.ſi pluribus nume.4. de no.
124 op.nunc.Iſta†ampliatio habet locum tantũ inter priuatos,uel dominos inferiores, ſecus autem contra ſupremos principes, ut uoluit Par.conſi.25.nu.19. uolu.4. adnot. per Soc. conſi.86.nume.xiii.uolu.j.& conſ.166. uolu. 2.ſed melius per Abb.& Fel. in cap.cũ nobis, & cap.ad audientiam de præſcrip.ſed de ueritate huius ampliationis dicetur infra in limi tatio.14.quo ad priuatos,quia in reliquis nõ habet difficultatem.

Vide hic Afflict. in uſibus feud.tit.de cõt. inter maſcu.per totum,& maxime nume.39 ubi de mente Bald.in conſi.xxi. ſubtiliter uolu.ij.& Alex.conſi.cxv.uolu.4. dicit quòd ex ſolutione canonis recipiens præſcribit ius exigẽdi,& ſoluens præſcribit rem ipſam licet deſuper non adſit alter contractus, quia con

ſcuſus

ſenſus in re correlatiua præſumitur. Bal. in l. ij. C. de iure emphi. Io. Platea in C. iubemus col. 2. uerſi. item quid. C. de fund. patr. lib. xi. & in l. poſſeſsionem eod. ubi ponit quando ſolutio cenſus facta ab uno, & debita ab alio transferat onus & obligationem ſoluendi in futurum; ſubdens quòd poſsidens etiam per 30. annos uitioſe fundum emphiteoticum nõ præſcribit; ſed Iacobus de Santo Georgio de feud. in. uerbo dictique Vaſalli à num. 21. uſque ad fin. diſputat hanc. quæſt. & tenet, ꝙ ſi recognitio, uel ſolutio eſt facta per errorẽ, error huiuſmodi nõ præiudicabit hęredibus, ut in terminis de ſolutione cenſus tanquã de re emphiteotica ponit Bal. in l. nõ iccirco. C. de iuris, & facti ignoran. & Ang. in l. qui rem propriam. C. locati. ubi dicit quòd ſi quis recognoſcit proprium fundũ in emphiteoſim ab eccleſia non propterea transfertur dominium, niſi iſta confeſsio fieret ex certa ſcientia, ut per Bal. in l. functiones C. de donat. nã tali caſu ne dum acquiritur illi, qui accipit, ſed ſi fit ſolutio nomine accipientis, & quorundam aliorum, quorum conſors eſt accipiens, illis etiam acquiritur, ut dicit Pinus cõ ſi. xv. & late Iaco. ubi ſup. nume. xxii. ad quem recurre pro intelligentia ſimilium caſuum, & ad doct. in l. ſi rem aliquam. ff. de acqui. poſſ.

Trigeſimo

125 Trigeſimo ampliatur ſimiliter† iſtud ſta-
tutum in omnibus debitis iuratis ita quòd
etiam debitum iuratum præſcribatur, ut te-
nuit Rot.coram Marſ. prout habetur in de-
ciſ.Put.xvj.de conſtit.& Mohed. deciſ.227.
per ea quæ notat Pau.de Caſtr.conſi.lxi.uol.
ii.& Soc.conſi.vii.in fin.& Dec.conſ.xvii. &
Cepo.caut.xx.incipit ex forma ſtatuti huic
ampliationi uidetur obſtare quod uoluit An
126 cha.† in cap.ſi diligenti nu.vii.de præſcrip.
Vbi dicitur quod contra iuramentum nō po
teſt iuſte poſsideri, quia ut etiam not.Bar. in
l.nam & poſtea §.ſi is qui de iur.iur.& Imol.
127 in l.naturaliter de uſucap.iuramentum† per
petuat actionem uſque ad 40. ann. & habet
uim litis conteſtatæ.quod not.etiam Ang.in
l.cum notiſsimi §.immo.C. de præſcrip.30.
anno.Soc.Iun.conſi.54.nume.7.uolu.j Tho
lo.deciſ.ccxx.& ibi in addit.Cepol.in cautel.
20.ſi ex forma ſtatuti Petr.Gerar.ſing.18.nu
128 me.14.cum ſeq. Hinc† uidemus quod dila-
tio conceſſa a principe debitori non exten-
ditur ad debitum iuratū propter uim iuramē
ti, ut not.Rot.deciſ.633.in antiq. Rom.ſing.
vii.& conſi.379.& 393. Barb. conſ.47. col.
26.uolum.j.& Fel.in cap.fin.de ſponſ. in qui
129 bus locis communiter habetur quod † etiā
clauſula non obſtante non tollit diſpoſitio-

nes iuramento cõfirmatas,& in terminis illis quòd iuramentũ impediat pſcriptionẽ tenuit Böer.deciſ.221.nu.19.de mẽtẽ Bruni.conſi. 37.& Hippol.de Marſ.ſingũ.cxli.audiuiſti ad no.p Rom.in l. j.car.3.uerſ.adde duas notab. cau.ff.de uſuc.&ibi ad oĩa cõtraria reſpondet Rom.& Hip.ubi ſupra dicit obtinuiſſe in facto,& ibi multa allegat quę breuitatis gratia

130 omitto.poſſumus dicere † qđ iuramentũ ꝑpetuat actionem loquendo de iuramento deciſorio,ut per Bar.& Ange.in d.l.nam & poſtea,& in d.l.2.de iur.iur.ſecus autem loquẽdo de iuramento communi,quia pro obſer-

131 uantia ponitur in contractu,quia † tunc tale iuramentum ſequitur naturã contractus,quo annullato,& annullatur iuramẽtum l.fi. C.de non nu.pec.Ang.in conſi.55.Iaſ.in l.ſi mater C.de inoffi.teſt.Corn.conſi.258.uol. 4.Bal. conſ.clv.uer.dicunt,uol.primo.ſed cõmunis

132 † eſt pro prima opin.ut late Tiraq.retract. in uer.finis nu.32.ſed Gui.Pap.in deciſ.192. nu.3. dicit quòd iuramentum non operatur

133 quia † iuramentum ſimpliciter,præſtitum de ſoluendo intelligitur ciuiliter,id eſt rebus ſic ſtantibus,uidelicet ſi infra legitimum tempus ante completam præſcriptionem requiratur.c.ad noſtram de iur.iur. & Doct. in l.lecta.ff.ſi cer.pet.Soc.conſi.50.& 129. uolu.1.

&

& Corn.conſi.cxvj.uolu. iij.ubi dicunt,quod omnis actus & iuratus intelligitur ſemp habere iſtam conditionem, uidelicet rebus ſic ſtantibus. quia iuramentum regulatur ſecundum naturam cõtractus, & ideo habet iſtam tacitam conditionẽ ſi res in eo ſtatu permanet,ut etiam not.Docto.in ca. cum cõtingat de iur.iur. Debet itaque iuramentum interpretari durante actione & non ulterius, & ita uidetur uelle Anch.in d.ca.ad noſtram, il ter
134 zo de iur.iur.Henr.†Boic.in Aut.ſacramenta puberum,in fi.circá hunc articulum ſic diſtinguit,aut debitor iurauit ſoluere ſimpliciter aut certa die. primo caſu non obſtante iuramento currit præſcriptio.ſecundo nõ.Soc. Iun.D.meus & præceptor conſi.145. nume. 62.uolumi.primo,dicit communem eſſe, ꝙ iuramentum non impediat præſcriptionem 30.an.& ſucceſsiue ſtatutariam,quæ illius loco ſuccedit. quomodo iſtud procedat,ego dixi in glo.29.in uerbo nullumq́ue poſsit ſortiri.Bald.autem in l.iuſiurandum colum.22. ff.de iureiuran.dicit, quòd ſi quis uult contractum non poſſe infringi, faciat apponi clauſulam quòd promiſſor creditori, ad omnem litem ſuccedendam detulit iuramentum, & creditor iurauit ſibi deberi.nam propter hãc clauſulam contractus ualebit expugnabiliter

& habebit executionem paratam, & non præſcribetur minori ſpacio 40. annorum, ut dicit Roder. Suarez. in l. poſt rem xx. not. uerſi. conſidera nume. ii. ff. de re iudi. non aliter facta mentione de Baldo, quod nota quia eſt ualde utilis cautela ſi eſt uera. quam & ponit Matheſ. ſingul. xx.

Trigeſimoprimo ampliatur etiam contra
135 eum, qui† aliquid ex cauſa tranſactionis promiſit & tradidit. ſecus ſi tranſactio eſſet ab omni obligatione abſtracta, quia tunc adeſt tantum nuda patientia, quæ nõ eſt ſufficiens ad inducendam præſcriptionem, ut not. Bal. in l. ex cauſa. C. de uſuca. pro empt. per l. nunquam nuda de acqu. rer. dom. & iſtud uoluerunt etiam Petr. & Cin. & breuiter dicas pro
136 ut Bald. in ſummario d. l. quòd† titulus tranſactionis ſecuta traditione eſt idoneus ad præſcribendum, ſecus ſi non continet traditionem, ſed liberationem a cõtrouerſia mota, quia propter hoc non datur titulus in ipſa re, ut etiam per Pau. de Caſt. in d. l. ex cauſa & Bar. in l. 1. ff. eod. titu. pro empt.

Et quod dixi de tranſactione procedit ẽt in iure dicendi laudum nullum, & petendi reſtitutionem aduerſus illud Bal. in l. ij. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Bal. in l. 2. ff. de arbitr. Old. conſi. 156. Alex. conſi. 95. uol. 2. ubi

2. ubi atteſtatur de communi Corn. conſi. clxxvij. uol. ij. Dec. conſi. xxxix. & late Nouell. de iure prothomis. §. 8. nume. 49. prout uideatur etiam, quòd iſtud procedat in illo qui retardauit petere executionem ſententiæ ut dicit gloſ. Bar. Bal. & alii in l. ſicut. C. de præſcrip. 30. annorum; Et late Tiraque. de retract. §. 36. in uerbo notifice num. 37. cum ſeq. ubi coaceruat omnes iſtos caſus etiã ſeparatim à nobis diſcuſſos, uidelicet quòd idẽ ſit de iure adeundi ſe immiſcendi petendi hereditatem legitimam dicendi teſtamentum nullum contractum, arbitriũ, ſententiam, decretum, bannum, nec non petendi reductionem ad arbitrium boni uiri, petendi legatũ, fideicommiſſum, ratificandi officium iudicis, ius repreſalium, ius prẹſtandi cautionem, collectandi, eligendi, proponendi, errorem, agendi ad commiſſam, dicendi contractũ ſimulatum, uel metu factum, recuperandi pignus. l. non ſolum. §. qui pignori. ff. de uſucap. ſuper quibus omnibus allegat Doct. ego quia particulariter de illis dixi non in ſiſto, replicãdo tantum quòd tempus, ſiue præſcriptio incipit à die quo quis poteſt agere.

Primo limitatur iſtud ſtatutum in plurimis casibus,
137 bus caſibus, & primo † quòd non habeat locum contra creditorem forenſem, quia ſtatutum

tutum loquitur tantum de negligentibus; ſed forenſis non poteſt dici negligens, quia igno
138 rat ſtatutum. Præterea † certum eſt, quòd ſi forenſis eſſet debitor non gauderet beneficio dicti ſtatuti adnot.per Docto.in l.1.C.de ſum.Trin.& fid.Cath. in terminis Socy.Iun. conſi.clxxxj.num.lxxvj.uolum.2.& Soc.Sen. conſi.xxviij.uolum.iiij.Paul.de Caſt.in l.omnes populi in fin. ff. de iuſt. & iur. & Par.conſi.xxxiiij.nume.xiiij.& conſi.liij.nume.98.uolum.iij.quia mens ſtatuentium nullo modo poteſt applicari,quòd forenſis debeat gaudere beneficio ſtatuti conditi in ſubditos, ut p Bart.in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator de leg.1. Soc.conſi.cxlj.nume.5.& conſi. ccxcij.uolumi.ij.& conſi.79.uolum.iiij.& late. Par. in d. conſil.34.Roma.conſi. 224.& 491. Paul. de Caſtr.conſi.342.Pir.Angleb.in conſt. Aurel.
134 de ſucceſſ.cap.14.in fin.Hip. † de Marſil.ſingula. ccliij. ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quòd debitor debitoris capiatur ad petitionem creditoris non poterit capi ad petitioné creditoris forenſis; per conſi.Roma. ccxxiiij. & Cattal.Cott.de ſindic.uer.dxlv.adde quod
140 uidemus etiam, quòd omnia ſtatuta † uolentia credi iuramento damnum paſsi uel creditoris non procedunt in fauorem forenſis; adnot.per Dec.conſi.550.nume.8. & Par.cóſil.

ſil.xij. num.xxvj.uolum. 3. qui atteſtatur de
141 communi,quod etiam procedit † ſi foren-
ſis ſoluat onera mere realia,ut per Ale.con-
ſi. 111.alias 41.uolumi.7.Ergo non debet etiã
142 ſubire onera, quia † munus datur ubi eſt
onus.l.ſecundum naturam de regu. iur. & in
cap.qui ſentit extra eo. titu. ubi Din. & alij.
Eſt enim ſecundum naturam commoda cu-
iuſque rei eum ſequi quem ſequuntur incom
moda.Sed cum forenſis,ut uolunt communi-
ter omnes, non gaudeat beneficijs ſtatuto-
rum, repugnat omnibus iuribus, ut ſentiat
onus,ut per Dec.in d.l. ſecundum naturam,
iccirco ignorantia ſtatutorum uel conſuetu-
dinis,uidetur omnino tolerabilis in forenſe;
143 Prout † etiam arguitur in ciue nouo argu-
mento l.iij.§.ſi plures uer. Tironibus & l. qui
uno.§.fina.& l.cõmeatus:§.arma.ff.de re mi-
lit.Bald.in l.data opera colum. 5.C.qui accu.
non poſſ.& Rom.a.conſi.cclj.clariſsime & ſin
gula.74. nunquid ciue nouello & ſingula.
478. per Italiam; communiter ſcribentes
144 † in l. 1.C de ſum.Tri.& fid. Cath. dicunt,
quód in reſpicientibus celebrationem & ſo-
lemnitatem contractus debet attendi locus in
quo celebratur,ut not.etiam Bal.in l.1.C. de
contr.emp.idem in conſi. clxxiiij.quicunque
145 uult facere,uolumi.4.ubi † dicit ad propoſi

 tum

tum noſtrum, quòd lex non ligat ratione per ſonæ, ſed ratione actus quem facit l. iij. de offic. præſid. Soc. conſi. 71. nume. 7. & conſi. 79.
146 uolumi. quarto. Similiter etiam † attenditur locus contractus quoad ordinem iudiciorũ; non autem quoad deciſoria, ut late per Aret. conſi. lxv. nume. 7. & Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. quæſtio. 28. numer. 8. Doctor. in cap. quòd clericis de for. compet. & late Dec. in cap. Sanctæ Mariæ nume. 42. de conſtit. & Docto. omnes in dicta l. prima. C. de
147 ſum. Trinit. & fid. Catho. & Soc. † d. conſil. lxxj. num. 7. uolumi. quarto dicit, quòd ſtatuta reſpicientia proceſſum ligant clericos, ut per Doct. in cap. quod clericis de for. compe. & in clemẽ. diſpendioſam de iud. inferendũ,
148 Soc. ubi ſupra, quod ſtatuta † quibus caueatur, quod inter litigantes fiat compromiſſum ligant clericos, & in terminis noſtris forenſes. Prout etiam conſuluit Paul. de Caſt. in conſi. 73. incipit, quòd in cauſa appellationis propter nonnullos allegat Ioan. Bapt. de Sãcto Seuerino in l. omni reuocatione. C. de ſacro ſanct. eccl. & latius per Soc. ubi ſupra
149 ad intelligentiam ſtatuti † Genuæ, quòd Magiſtratus ad petitionem partis teneantur cauſam committere bonis uiris, ubi dicit, ꝙ ligatur forenſis litigans in illo loco, quia reſpicit

ſpicit ordinatoria, ſecus autem quoad deciſoria, quia forenſis nõ ligatur, & ideo cum præſcriptio inducat deciſionem cauſæ, dicẽdum eſt, quòd ſtatutum huiuſmodi non ligat forenſem, quòd multo magis procedit, quia
150 † ſtatutum dirigit uerba in perſonas, ex quo nunquam extenditur ad forenſes, ut not. Soc. conſi. lxj. num. xj. uolu. iiij. adnot. per Ioann. Andr. in addit. ad Specu. in tit. de empt. §. fin. in 5. q. huic autem limitationi uidetur obſtare, quòd uoluit Bar. in d. l. 1. C. de ſum. tri. &
151 & fid. dum dicit, † quòd in his quæ ueniũt propter naturam, ex aliqua mora uel negligentia, attendi debet ſtatutum loci, in quo ſolutio fieri debet. l. uinum. ff. ſi cert. peta. in l. fin. de Triti. gloſ. in l. de uſur. & ideo Barto.
152 in d. l. 1. nu. 19. infert ad noſtram. q. quod ſi Florentinus mutuauit 100. in curia Romana, cum ſolutione facienda in ciuitate Peruſij, an ſi creditor taceat per decem annos amittat creditum attẽto ſtatuto Peruſij, † quòd creditor ultra 10. an. non audiatur. Bar. uidetur te-
153 nere, quòd ſic, quia † ſi nos uolumus petere reſtitutionem ex læſione proueniente poſt contractum, propter culpam uel negligentiã inſpicitur locus, ubi eſt illa mora contracta, & hanc opinionem ſequitur Iaſ. in d. l. 1. nume. 66. & Salic. quando ſolutio eſt deſtinata

in

in quodam certo loco,quia tunc quis rationabiliter ligatur ſtatuto cum ex promiſsione ſoluendi in tali loco quis ſubijciat ſe ſtatuto illius loci, ut not.Socin.conſi.99.uolumi. 2.
154 quia † quando uerba contractus proferuntur in uno loco & eorum effectus conſumatur in alio attenditur locus conſumationis,ut not.Anch.in c.dilecti nu.5.de for. comp. ubi
155 dicit, quòd ſi conſtituitur procurator in curia ad accipiendum poſſeſsionem beneficiorum extra curiam dicuntur uacare, ſi autem inquit Salic. ſolutio eſſet deſtinata pluribus in locis,tunc non ligatur ſtatutis, quando autem ſolutio particulariter eſt deſtinata,tunc datur reſtitutio forenſi, ex capite probabilis ignorantiæ,ut not.in l.j.ff. ex quib.ca. maio. Ioan.Andr.Innoc.Ant. de Butr. & omnes in ca.2.de conſtit.& Io.Fab.in d.l. cunctos populos,& Alexand.conſi.clxxix.uolumi.2.Areti. conſil. cxj. proceſſum eſt colum. iij. Ego
156 autem crederem, quòd ſtatutum huiuſmodi nullo modo liget forenſes per ea quæ not. Old.conſi.ccxlviij.nume. 3. ubi dicit, quòd conſuetudines & ſtatuta non ligant niſi ſub-
157 ditos;quia ſunt localia,& Abb. † in d. cap. quòd clericis colum.6.dicit, quòd ſi ſtatuto cauetur primogenitũ ſuccedere in certa parte non ligabitur forenſis,niſi uerba eſſent di-

recta

recta in res ipſas,& ita proſequitur in ſimili Alexand.conſi.44.uolum.5.& eſt conſ. Fran. de Ramp.inter conſi.Cal.conſi. xxxiiij. de te ſta.& Io.Leciner in tract.primog.lib.2. q. x. per totam & maxime colum. 6. ubi dicit,
158 † quòd ſi ſtatuto cauetur inſtrumentum habere executionem paratam non habebit locum in forenſe,& ideo idem dicendum eſt de ſtatuto, quòd inducit præſcriptionem,& ibi late Lenrier,quòd forenſis non ligetur ſtatutis,& Alexand.conſ.c.nume. 2.lib.3.nec huic opinioni repugnat ratio, quia in eis ueriſimiliter adeſt ignorantia, quæ reddit factum de iure & de facto impoſsibile,& ideo non currit præſcriptio, ut ſupra dixi in ampliatione contra ignorantem. Præterea forenſis creditor agit de damno euitando, quo caſu
159 † etiam ignorãtia in facto proprio excuſat, ut not.Soc.Sen.conſi.xxv.nume.9.uolum. 4. & Din.in conſi.v.incipit,quæſtio talis eſt quidam nomine Ioſ.nume. 14. ubi dicit, quod ignorantia excuſat cum agitur de damno euitando,immo etiam ſi ignorantia eſſet mixta iuris,& facti tolleratur, etiam ſi agitur de lucro captando, ut eſt text.in l.error facti & l. iuris ignorantia.ff.de iur.& fac.igno. ergo & multo fortius tollerabitur, quando agitur de damno euitando. Et de hoc dixi ſupra

pra nume.8.& not. Pariſ. conſil. 16. numer. cxxxiiij.lib.ij.& conſi.xlviij.nume.xxj.lib.iij. & late Cephal. conſi. 215.nume.5.lib. 2.ubi num.8.dicit hoc eſſe uerum, dummodo non ſit ignorantia craſſa,quia tunc quis non excu ſaretur, ut per Dec.conſ.564.nu. 19. & Nat. conſi. 230.quæ ignorantia craſſa ſemper præ ſumitur quādo ignorans ſeu prętendens igno rare eſſet coniunctus ſanguine cum illo con tra quem tractatur de euitanda præſcriptio- ne; quia etiam in iſto caſu coniunctio ſan- guinis facit ceſſare præſcriptionem ignoran- tiæ,ut dicit Roland.conſi.3.nu.100.lib. 1.

Nec quicquam obſtat, quòd per ſolutio- nem deſtinatam certo loco, quis ſe ſubijciat ſtatuto illius loci,quia iſtud eſt quoad debi- torem in fauorem creditoris, ergo in eius o- dium conuerti non debet.l.quod in fauorem. ff.de reg.iur.& ca.quod ob gratiā extra eod. titu.ubi Din.cum ob gratiam & fauorem cre ditoris in dubio determinetur locus ſolutio- nis, non eſt in eius diſpendium retorquen-
160 dum,nec eſt uериſimile, † quòd quis uolue rit ſe ſuponere illi iuri; qđ ſibi nocere igno- rat;quia etiam ſi ſciret non eſt credēdum, ar gumēto.l.ſi is ad quem de acq.hæred.& l. ma ter.§.cæterum de inoffi.teſt.ſed facit dubiū, quia ſequeretur,quòd ſi creditor eſſet Roma nus

nus,& debitor forenſis iſtud ſtatutum ſimiliter ipſos creditores non comprehenderet, argumento l.dies ſabbati.C.de iure.ubi habetur, quòd ſicut Iudęi non poſſunt conueniri die ſabbati, ita nec conuenire alios poſſunt, poteſt reſponderi,quòd priuilegium non ſtet in finibus conuentionis ibi,ſed ultra conceſſit propter ęqualitatem litigatoris ſeruãdam & inęqualitatem euitãdam.l.ulti.C.de fruct. & lit.expen.iſta ſolutio nõ ſatis mihi applau
16 r det,& ideo poſſet diſtingui, † aut ſtatutum dirigit uerba in creditores,& tunc non eſt inconueniens,quòd comprehendat perſonam non ſibi ſubditam,& ideo ſi creditor erit Romanus,& debitor forenſis,poterit per debitorem etiam forenſem excipi de ſtatuto cum ſtatutum puniat negligentiam ſubditi,ſimpliciter in odium ipſius;& non in fauorem debitoris;aut ſtatutum dirigit uerba in debitorẽ, ut ſi dicat,quòd poſt tot annos debitor non poſsit moleſtari & tunc ſi debitor ſit forenſis,& creditor Romanus,debitor non gaudebit huiuſmodi priuilegio; quia ſtatutum, ut ſuperius dixi,nõ poteſt applicari, maxime in dubio ad fauorem non ſubditorum,cum ſtatuta cenſeãtur facta in ſubditos,& non alios, ut not. cõmuniter oẽs in l. omnes populi de iuſt.& iure Soc.conſi.241.& Ang.cõſ.73.&

Rom.

Ro.cõſ.334.& late pro deciſione huius quæ ſtionis Io.Lecirier in tract.de primogenit.li.
162 2.q.10.ſed poteſt dubitari quid† ſi Romanus contrahat Regii an ligabitur huiuſmodi ſtatuto uel ſtatuto ciuitatis Regii.Soci.conſ. 302.nume.1.uol.2.dicit, quòd quando ſimpliciter loquuntur non ligant ſubditos alibi contrahentes,ut per Bar.in l. cunctos populos.8.q.de ſum.Trinit.& ibi Bald.& Salic.& Anch.in c.poſtulati num.26.cum ſeq. de fo. comp.& Ioan.de Lign.& Abb.in c.1.de rapt. & ideo ſi ciuis extra territorium nõ ligatur a ſtatutis ſuæ ciuitatis ualet conſequentia, ergo ligabitur ſtatutis loci,ubi cõtrahit, & ſucceſsiue Romanus contrahens Regii ligabitur ſtatutis illius ciuitatis & nõ urbis,& ecõtra;& ideo poſſumus dicere,quòd forenſis ligatur ſtatutis urbis,quando in urbe contrahit ſecundum dictum Socin.in d.cõſ. ſed ego dubito niſi coniecturis, ut longa habitatione uel alio modo poſſet doceri de ſcientia contrahentis ſtatuti loci, alias non; quia nemo præſumitur conſentire illi rei quam ueriſimiliter ignorat.Lanfranc.deci.376.Inno.& Io. And.in rub. de conſuet.uide tamen ad iſtam q.ſingulare conſi.eiuſdem Soc.271.per totũ uolu.2. ubi habebis reſolutionem præſentis q.& omnino atteſtans de cõmuni uult, quòd

in

in deciſoriis reſpiciatur locus contractus, & ibi multos allegat ex cuius dictis colligo unã
163 diſtinctionem ad hanc quæſtio. aut† contractus fit de re immobili, aut contractus cõcernit obligationem perſonalem, aut hypothecariam. Primo caſu pro præſcribenda illa re debet attendi ſtatutum ubi illa res eſt ſitæ, ut per Cin. in l. 1. q. penul. C. quæ ſit long. con. Albe. in c. 1. ſtat. q. 31. & in 2. q. 8. & Flor. in l. 1. de uſur. & ſimiliter de obligatione quæ eſt in rem; aut de obligatione in perſonam. & tunc Bal. in l. extra territorium de iuriſd. om. iud. dicit, quòd etiam quoad deciſionem inſpicitur locus contractus. & per Anch. in c. 1. q. 12. de conſtitut. in fi. mag. add. opinio
164 †autem eorum qui uolunt contrarium poſſet procedere, quando forenſis ſoluit puta in urbe onera perſonalia, uel collectas impoſitas perſonis pro rebus & habitat in loco ſtatuti, quia tunc gaudebit beneficio ſtatutorũ & econtra, late Par. conſi. 12. nume. xxiiii. & xxvi. uolu. iii. Rui, ciuis meus conſi. 100. uiſis nume. 2. uolu. 7. cum ſimil. adduct. per Nouarien. in tract. de in lit. iur. §. fi. nume. 7. cum
165 ſeq. Sed pro prima opinione facit† quòd ẽt ſtatutum urbis uel aliarum ciuitatum non ligant curiales, ut in terminis conſuluit Par. cõſi. 53. nume. 89. uolu. 3. per ea quæ not. Fel. in c. quo-

c.quoniam de off.ord.& in c.dilectus el.2.de reſcrip.ubi dicit quòd conuerſatio etiam cōtinua non facit quem ciuem maxime quando aliquis habitat in aliquo loco, ut curiam ſequatur,quia etiam ſi per 30. an. habitaret, nunquam diceretur ciuis,cum eius intentio non ſit talis l.eius la 2.& ibi gloſ.ff.ad Municipal.& Bar.in l.lex Cornelia.§.ſi tamen de
166 iniur.quia† in hoc caſu ad faciendum quem ciuem duo requirūtur, animus & habitatio. l.domicilium Ad Municip. Nec eſt abſurdū quòd quis uiuat moribus ſuæ patriæ & non moribus illius loci in quo habitat, ut not. Pan.in d.conſi.53.

Secundo ex eiſdem cauſis limitatur iſtud
167 ſtatutum† non procedere contra ſcolarem, qui licet etiam ſecundum formam ciuitatis in qua ſtudet habeatur pro ciue, intelligitur tantum quo ad utilia, ut per Bart. in l.3.§.ſi emancipatus.ff.de bon.poſſ.cont.tab.Doct. in l.ſi Rufinus.C. de mili.teſt.Rip.in l.1.nu. 7.de leg.1.Doct.in Auth. habita.C. ne filius pro pat.Alex conſi.32.uolu.5.& Fel. in cap. dilectus el.2.nume.2.de reſcrip.late per Iac. de Nig.in l.1.col.12.ff. de leg. Et Ioan. Bap.in l.omnes populi nume.179.& ſeq.ff. de iuſti.& iur. ubi dicit quòd ſcholares per ſimilia ſtatuta fiunt melioris, non autem deterioris

rioris conditionis,& propterea non tenētur ad onera neque ad aliquas collectas,ut etiam dicit Crot. ibi nume. 158.& Bolog. in Auth. habita nume. 188.ubi ſubdit iſtud etiam procedere,dato quòd ſcholaris per mille annos habitaret in illa ciuitate,quia ſemper dicitur habere animum recedendi, licet Specul. teneat contrarium ut ibi per eum. Sed
168 † quo ad forenſes & curiales fallit iſtud dictum quando ipſi ualent uti beneficijs ſtatutorum pro ſe quia debent uti contra ſe,ut dixi in limitatione de clerico. & in terminis de ſtatuto inducente præſcriptionem tenet Soci.conſi.121.nume.xx.uolu.j.per ea quæ not. in l.omni nouatione.C.de ſacr.ſanct.eccle. quod maxime procedit quando ſtatutū quod acceptatur loqui limitatiue & qualificatiue ad alia ſtatuta, ut late ibi per eum.
169 Tertio limitatur † etiam non procedere contra mercatores quia mera æquitas inter ipſos eſt ſeruanda, nec ſubiiciuntur iuris apicibus,ut not.Soci.Iun.conſi.13.in fin.& conſi.138.uolu.3.Par.conſ.lxix.uolu.4.conſ.78. nume.xxii.uolu.3.& conſi.xcvi.nume.j.eod. uolu.Vbi de mente Bar. & aliorum in l.quin
170 tus ff.mand.dicit † quòd mercatores nudo pacto obligantur,& quòd inter eos agēdum eſt de bono, & æquo omiſſo omni iuris rigore,

gore.Iccirco ſtatutũ huiuſmodi inter ipſos non habebit locum cum habeant ſtilum diuerſum ab ipſo ſtatuto,qui ſtilus ſeruandus eſt inter ipſos,ut not.Pariſ.in d.conſi.xcvi.&
171 in ter.Fel.in d.cap.dilectus de re iud. &† ſecundum eorum ſtilum in qualibet curia debent condemnari,ut not.Soc. conſi.288.nume.9.uolu.ij.& Bald.in l.receptitio.C. de cõſtitu.pec.& ibi Lambert.de Ramp.& Salic.& Cin.quod maxime debet procedere inter ipſos mercatores, alias facillime fraudarentur homines. Sed nouiter reperio And. ab exea.in lib.pactorum nu. 301. in prima par. ubi dicit iſtam regulam procedere reſpectu proceſſus,quia in iudicando debet ſeruari ius commune; & ſecundum eum uidetur quòd iſtud ſit mirabile.Ang.ad not.per Bart. conſ. 172.dubia; ubi dicit ſi ſtatuto cauetur iudicem poſſe procedere nõ obſtante aliqua præſcriptione,non impedit,quin iudex poſſit in fauorẽ præſcribẽtis iudicare, prout de hoc ego dixi ſupr.in gloſ.ego credo quòd in caſu ſtatutorum Vrbis aliter ſit dicendum,quia ut dixi in 28.gloſ. ſtatutum in ſpecie annullat codices quarumcunque rationum, quod nota, niſi forte alio ſpeciali ſtatuto dictorum Mercatorum caueretur,quia alias propter d. gloſ.non uideo quomodo non ſit recedẽdum

ab

ab iſta opinione, ita ꝙ & Mercatores cōpre
henderētur ut dicit Aret.conſ.lj. & Curt.Se
nio.in l.admonendi nu.xlj.ff. de iur.iur.
172 Aduertendum eſt † autem quòd ille dicitur
mercator qui pluries exercuit; & non ſuffi-
cit ſemel uel bis, ut per Bal. conſil. ccccxcv.
uolumi.primo.& Bar.in l.legatis de leg. 2.&
Soc. Iun. conſil.99. numero.2.& ille dicitur
173 † Mercator qui eſt deſcriptus in matricula,
174 quia † matricula conſtituit quem in quaſi
poſſeſsione exercitij,ut not. Soc.Iun. conſil.
cxxxviij. nume.xij.uolum.iij.per l.ſi ſolemni
bus C.de fid.inſtr.& not.Bal.& Salic.in l.Scri
175 niarios.C.de Mil.teſt. Aduertatur † etiam
quòd appellatione Mercatoris non ueniunt
artifices,ut per eundem Soc.in d.conſi. num.
9.de mente Federici de Senis in conſi.207. in
cipit nos Grapholus,& ideo ſtatutum pote-
176 rit contra iſtos procedere,& ſimiliter † con
tra Mercatores uiles; quia priuilegium cō-
177 ceſſum, ut qui habet apocham † non poſ-
ſit pro debito capi,non extenditur ad haben-
tem debitum uile,ut not.gloſ.in Auth.de hæ
red.& fal.in uerbo ſubſtantiam.& ibi Ang.&
Pir.Angleb.in conſtitu.Aurel.in tit. de exe-
cu.inſtitu.cap.vij. ergo a ſimili priuilegium
conceſſum Mercatori non intelligitur con-
178 ceſſum Mercatori uili. Hinc † eſt quòd

artifices licet in eorum arte ſint mercatores, nihilominus; quia ſunt uiles non comprehẽduntur appellatione mercatorum. Huic autẽ limitationi obſtat quòd not. Bart. in l. hæres abſens §. perinde de iud. Vbi uidetur uelle ꝙ ſcholares mercatores & Forenſes ligentur huiuſmodi ſtatuto, quo ad contractus initos in loco conuerſationis, & hoc etiam uidetur uelle Felin. in d. c. dilectus. Sed aduertatur quòd illa doctrina nihil obſtat quia ibi quæritur.

179 An † mercator, ſcholaris ſiue alius Forenſis poſsit conueniri in loco ubi inhabitat ratione initi contractus, & hoc certum eſt quod ſic, ut ibi per Fel. & late per Anch. in cap. licet de for. comp. ſed poſito quòd poſsit conueniri quoad ordinationem Iudicij ſubiacebit ſtatutis, non autem quo ad executionem ſiue deciſionem cauſæ & litis.

Quarto limitatur etiam præfatum ſtatu-
180 tum non procedere † contra filium familias in rebus aduentitijs in quibus pater habet uſumfructum; quia quam diu eſt in poteſtate patris bonorum adminiſtratio ad ipſum patrem ſpectat. l. quòd non ſolum §. Vbi autem. C. de bonis que lib. & ideo cum uiuente patre non poſsit agere non currit præſcriptio. l. fin. C. de an. excep. l. ſenatus conſulto de off. præſid. deciſ. conſi. ccccxcviij. nume. xxiij. Socin.

Iun.conſi.xiij.& conſi.cxxj.uolum.ij.Io.Anto.de Rub.in conſi. lxxxiiij.nume.6.& in ter. Aretin.in §. res fiſci inſtitu. de uſucap. & ibi Plat. numer. xxxvij. qui dicit hoc eſſe uerum
181 † quatenus filius non haberet uſumfructum ex remiſsione patris uel ex præſcriptione contra eum, quia tunc debet ſe tueri cum ad ipſum ſpectet adminiſtratio,& ideo ſubiacebit præſcriptioni Bald.in Aut.niſi. C.de bo. ma. hanc quæſt.diſputat,& primo quærit, An ſtãte ſtatuto quòd omnibus curret præſcriptio filij familias compræhendantur, & tenet ꝙ non,quia illa regula imp. agere non currat, præſcriptio eſt reg.naturalis,quia ubi non eſt negligentia non debet eſſe pœna, & hoc etiã uoluit Ancha.in c.canonum ſtatuta ſupra, ſi occurrunt aliæ quæſtiones numero 5. niſi filius haberet adminiſtrationem ut ibi dicit Bald. & idem & Angel. in l. prima de ann. except. in §. ne autẽ per l. ratione.ff.ex quib. cau.maio.

Multa autem ſunt bona, in quibus pater non habet uſufructum, ut puta quando ſuccedit unà cum filijs: in his enim dicunt communiter Doct. quòd filij habent poteſtatem diſponendi etiam inter uiuos ſine conſenſu parentũ.l.nemo.C.qui teſtam.fac. poſſ.Rub. conſ.xlvj.& Crauet.conſi.lxxxiiij.nume.9.er-

go in iſtis currit præſcriptio ut dicit Aret. in d.§.res fiſci.

182 Quinto limitatur etiam nõ procedere † in infante creditore, quia licet ſtatutum generaliter loquens compræhendat etiam perſonas priuilegiatas ut not.in l.uult de conſtit.prin. Dec.conſi.xxxvj.& conſi.lxj.& eſt tex.in l.ſi ſine herede §.Lucius,&ibi Din.& Bar.de administr.tut.ubi uolunt legem generaliter loquẽtem comprehendere etiam infantem:quia illud uerum eſt quando infans non eſt ſpecialiter priuilegiatus ut not. Tiraq. in tract. de præſcrip.glo.2.& ideo nõ cõpræhẽdetur ſubiectus hmõdi ſtatuto ꝙ crederẽ uerũ ẽt ſi infans nõ reperiretur priuilegiatus,ex eo quia ſtatutũ dirigit uerba ad pſonas nõ ad rem,& quando ſtatutũ dirigit uerba ad perſonas nunquã includũtur infantes & ſimiles pſonę;ut no.Bal. in d.l.§.Lucius,& Soc.conſi.124.n.13.uol.3.

Sexto limitatur ſimiliter non procedere

183 † contra pupillum durante pupillari ætate l.bonefidei de acq.rer.dom.Paul.de Caſtr.in l.ſi communem nume.3.ff.quomodo ſer. amit.Cæpol.in tract.de uſucap.pro empt.nume.19.cum ſeq.Afflict. de iure prothom. in uerbo ut infra 30.dies nu.41.Bald.in cap.primo §.porro num.3.qualiter feud.aliter poſſ. & in cap.primo §.j.quo temp.mil.& Car.in

d.§.

d.§.porro Guid.Pap.deciſ.xxxj.nume.2. deciſ.Tholoſ.xlij.Aret.Platea,Porc. & alij in §.
184 res fiſci inſt.tu.de uſucap.quod etiam† procedit in præſcriptione longiſsimi temporis incepta a maiore, quia nihilominus dormit toto tempore pupillaris ætatis l. ſicut. C. de præſcript.xxx.ann.in cæteris autem præſcriptionibus præſcriptio incepta a maiore continuatur in pupillũ, ſed datur ei reſtitutio; ut not. Pau.de Caſt.in d.l.ſi communem, & Guido.Pap.in d.deciſ.xxxj.nume.4. & in deciſi. ccccxxxv.per l.Emilius ff. de min. & ibi per
185 Barto.& aduertendum eſt † quòd in illis caſibus in quibus currit præſcriptio contra pupillum,pupillus habet actionem contra tutorem qui tenetur reſarcire omne damnum, & quatenus non habeat tutorem poterit agere contra iudicem, qui debebat ei de tutore prouidere, per l.primã §.magiſtratus ff. de mag. conuenien.Vt in ſimili arguit Afflict. ubi ſupra nume. xliij. quando iuri prothom. contra pupillum præſcribitur. & notandum
186 † eſt quòd pupillus dummodo ſit maior infante,ſi non habet tutorem poteſt citari ad interrumpendam præſcriptionem Aug.in ſummario tit.de Cit.nume.xlviij.per deciſ.Putei 53.de iudi.& de Trien. & eſt deciſ. prima Achil.de Graſ.de citatione,ubi dicit quod quã

do pupillus agit de lucro poteſt citari etiam ſi ne authoritate tutoris ad not.per Alc.in l.cõ tra pupillum de re iud & Salic.in repet.l.ſi ex legati cau.de uerb.oblig.

Et ideo Aret.conſi.26.nume.1.cum ſeq.di cit quòd denunciatio, quam facit emptor uenditori de euictione facta pupillo ualet etiam ſine tutoris auctoritate, quando illum non habet.l.ſi dictum §.fin.& ibi Doct.ff. de euict.Inſuper notandum eſt, quòd finita pupillari ætate incipit præſcriptio.qua comple cta adhuc durat quadriẽnium ad petẽdũ reſti tutionem,nõ autem finita minoritate.Bart. conſi.cxxj.nume. iij.de mente Guid. in l. ab hoſtib.§.ſed ſimpliciter ff.ex quib.cau.maio. Vide autem ibi Aret. & Dec.in l.non hoc C. unde legit.& Cephal.conſilio 3.numero 130 uolumi. 1. ubi atteſtatur communem eſſe quòd quadriennium incipiat ſtatim comple ta minoritate ut per Marſil. ſingul. cclxxij. Afflict. deciſ. clxxv. Alex. conſil. xxxj.lib. 5. & Balb. de præſcript. 5. par. princ. quæſt. 2.nume.2

187 Septimo iſta limitatio extenditur etiam ad furioſum & de mentem, & prodigum quia æquiparatur pupillo l.2.C. de curat. furio.l. Fulcinius §.adeo.ff.ex quib.ca.in poſſ.Guid. Papa.in c.illud de præſcriptio.& Bald.conſi.

347.

347.ecce formata uolu.3.ubi dicit ꝙ omnia priuilegia quæ dantur minoribus dantur etiã mentecaptis,& omnia iura loquentia de præſcriptione in perſona pupilli, locum habent etiam in mentecapto,furioſo, uel prodigo, & omnibus alijs perſonis qui ſunt ſub cura, uel adminiſtratione,ut not. Cæp. in d. tract. de uſucap.pro empt.nume.19.cum quinque ſeq.Soc.conſi.lxvi.nume.7.uolu.4.Fel.in ca. cum non liceat nume.9.de præſcript. & Par. conſi.xcix.uolu.ij.ubi dicit quòd furioſus habetur pro mortuo,& in conſi.lvi.num.xcviii.
188 ubi †dicit quòd prodigus non obligatur niſi ad ſui utilitatem.& late Iaſ.& cæteri in l. is
189 cui de uerb.oblig.Sed quæſtionis eſt †quod ſi ante furorem uel prodigalitatem ſit incepta præſcriptio,an dormiat uel euaneſcat ꝑ ſuperueniẽtiam furoris uel prodigalitatis.de hoc in l.pen.iuncta l.fin.ff.rẽ rat. hab. Gugl. de Gug.in l.Senatus de off.præſid. diſtinguit aut quis impeditur impedimento iuris aut facti:ſi iuris; aut impedimẽtum ante actionem competentem ſuperuenit,& tunc non currit præſcriptio.l.prima §.fi.C.de Anan. excep.l. fin.§.donec.C.de iur. delib. aut poſt actionẽ competentem,& tunc currit præſcriptio;ſed datur reſtitutio; aut quis impeditur impedimento facti,& ſi impedimentum iuſtum eſt,

non

non currit præſcriptio,alias ſecus,Iac.But.in d.l.Senatus aliter diſtinguit,aut impedimentum eſt ex parte rei & tunc non tollitur præſcriptio inchoata; ſed impeditur inchoanda l.fundus.ff.de fund. dot. aut impedimentum eſt ex parte actoris,& tunc aut actor impeditur agere,& tale impedimētum impedit præſcriptionem tam inchoatam quam inchoandam, aut non impeditur agere ſed nō poteſt commode & tunc currit præſcriptio ſed datur reſtitutio, & hanc diſtinctionem tenuit Cin.in d.l.ſenatus,ubi Bald. in utraque lect. optime hanc q. reſoluit ibi, uideatis op.Iac. eſt magis communis.

190 Notandum eſt autem † quòd ſi quis diceret furioſum uel prodigum tempore contractus habuiſſe ſanam mentem, & quòd ea durante finita ſit præſcriptio,ad eum ſpectat onus probandi,ut not.Alexan.conſi. ccxxvii.
191 alias 85.uol.ij. & eſt ratio quia † qualitates adhærentes animo præſumuntur durare l.iij.§.quæri poteſt.ff. de ſuſpect. tuto. Not. Aret.in l.ij.de teſtam.Boer.deciſ.xxiij. num. 86.cum ſeq.& Lapus alleg.26.quos refert & ſequitur Ioachim.Centur. tertia obſeruatio
192 ne.77.Aliudq; notandū eſt † ꝙ ſtatim ꝙ q.s. deſinit eſſe prodigus uel furioſus ipſo iure finita eſt cura,& ſic denuo incipere pōt,quòd uerum

uerum eſt ſi ſit notorium l. humanitatis C. de
193 Imp.& alijs ſubſt. ſecus † ſi ſumus in dubio
quia tunc requiritur declaratio iudicis. Bald.
in l.ſi cum inter nume. 5. C. quan. prouocare
non eſt neceſſ. Bald.& Bar. in l. is cui bonis de
194 uer. ob. ſed aduertatur † quod in illis caſibus
in quibus dixi præſcriptionẽ inchoatam per
defunctum dormire tempore pupillaris æta
tis, furoris, prodigalitatis, ignorantiæ, uel ab
ſentiæ, uel quatenus currat dari reſtitutionẽ,
non procedit in credito conuentionali, quia
ſemper currit præſcriptio & aduerſus omnes,
& nunquã datur reſtitutio in credito con
uentionali, ut late per Tiraq. de utroque re-
tract. in 2. titu. in uerbo Ateltemps §. j. gloſ.
2. nume. 54. per ea quæ uoluit Cur. Sen. conſ.
59. & Beltr. conſi. 184. lib. 1. & late Cur. Sen.
conſi. 67. & Tiraq. in d. glo. nume. 54. cũ ſeq.
195 bene uerũ eſt quòd huiuſmodi † præſcriptio
per ſolam proteſtationem uel petitionem
extra iudicialem interrumpitur ut not. Paul.
de Caſt. in l. more nume. 4. C. de rei uend. per
ea quæ not. in l. ij. §. ille ff. mand.

196 Octauo, limitatur non † procedere contra mulieres per ea quæ dixi ſupra in uerbo exceptis dotibus in fin. ibi nide & Boer. deciſ. cccxxviii. nume. 4. qui hanc quæſt. late diſputat.

Nono

197 Nono limitatur non procedere † etiam contra eum qui propter metum ſui debitoris non auſus eſt repetere debitum quia metus dummodo talis ſit qui cadere poſsit in conſtantem uirum ut dixi in tract. de prælat. eſt
198 iuſtum impedimentum;ad not.†per Gom. in tract.breuium num.29.Vbi dicit poſſe purgari metum etiam poſt mille annos durante cauſa metus, & Cald. conſi.j. quod met. ca. Gozad.conſi.2.nume. 14.cum ſeq. Alexand. conſi.48.uolum.4.& deciſ.conſi.cxvi. & late in meo tract.de prælat.quod ſi mulier fundũ dotalem metũ uendat. quod etiam procedit abſque proteſtatione quando quis metuit ꝙ reuelaretur, ut per Gozad.conſi.vi.nume. 18 & per Iaſo.in l.qui ſe;de cond.ob cau. & per Decium.ccxix.quod etiam procedit ſi metus propria culpa eſſet cauſatus dummodo non ſit ad illum effectum;ut per Filip.in c.ex parte tua colum.v.uerſ.3.de appell.& Anch.in c. ſtatutum §.j.qui Archi.& alios allegat de Reſcrip.in vi. Quomodo autem probetur metus ne materias traſplantem dixi in tract. ubi ſupra,& late de cauſis inducentibus metum gloſ.in pragm.ſanct.de elect.§. Item in uerbo principali, & in uerbo quibuſlibet, & in uerbo uiolentiis.

199 Decimo limitatur etiam†non procede-

re

re contra Eccleſiam ex defectu poteſtatis cō ditoris,& quia etiam non præſcribitur contra eccleſiam minori ſpacio xl. anno. ut not. Bald.Cin.Bar.& omnes in Auth.quas actiones.C.de ſacr.ſanct.eccle.& quòd ſtatutum
200 † ſiue conſuetudo inducens præſcriptionē contra eccleſiam minori ſpacio xl.anno.non ualeat tenuit Bald.conſi.450.uolu.3.& Ancha.conſi.258.Tiraq.in tract.de prę́ſcript.§. primo gloſ.x.& Ioan. Andr. in cap.j. de iur. patronatus in 6. in nouell. Immo ſi eccleſia
201 † ſuccedat alicui priuato contra quem eſſet præſcriptio continuata per annos octo pro reliqua complenda contra Eccleſiam requiritur lapſus 32.an.not.Mil.in repert. in uerbo præſcriptio, & Bald. in Auth.quas actiones nume.ix.& late Fel.& Dec.in ca.Sanctæ Mariæ de conſtit.& hoc procedit in realibus ſecus in perſonalibus,quia ſufficit tempus 30. anno.& minus ſecundum qualitatem actionum Corſ.in ſingu.præſcrip.ij.Capicius deciſ.4.nume.xi. per Abb.in cap.cum cauſam. de erup.

Nota etiam quòd quando eccleſia utitur minori ſpacio contra priuatum, priuatus econtra eodem utitur contra eam ut dicit Io. Faber.in d.Auth.quas actiones de mente Innoc.in c.cum dilectus de conſuet. quomodo

autem

autem computetur iſtud tempus contra eccleſiam. Vide Fel.in ca.1. de præſcript & Alexand.conſi. 1.uol.4.& Bellon.conſi.46.numero 18.eſt etiam notandum quòd ſi ſtatuto caueretur nullam præſcriptionem currere contra eccleſiam nunquam intelligeretur ſublata præſcriptio centum annorum uel immemorabilis temporis Ang. in l.non ſolũ.ff. de uſucap. Fel.in rub.de præſcrip. Abb. in c. fin. & Aret.conſi.15.quomodo autem probetur iſta præſcriptio immemorabilis,& quæ priuilegia habeat uide Io.Plat.in l. uſum aquæ. C.de aquæduct.lib.x.& Boer.deciſ.32.& Rolan.cõſ.89. per totũ uol. 2.& Ceph.cõſ.xl. nu.3.& 59.uol.1.& cõ.205.nu.8.uol.2.& nota unũ mirabile qđ cõtra eccleſiã ẽt Romanã currit pſcriptio triẽnalis in rebus mobilibus ut eccleſia Roma. qđ dictũ nõ credo uerũ ꝙ bulla in cœna Domini quæ quolibet anno legitur in cœna domini. ut per Ang.in aut.

202 Vndecimò & hæc limitatio † procedit etiam & in hoſpitalibus & alijs locis pijs: ut not.Par.conſil.36.num. 15.uolum. 4. & quia ſtatuta non poſſunt extendi ad hoſpitalia, & alia loca pia, ſicut non poſſunt extendi ad eccleſias, ut in terminis uoluit Bald. in conſil. cccclxv.in ciuitate Brixię uolum.1.& Old.in l.ultima C.de ſacr.ſanct.eccl. quia hoſpitalia

lia

lia æquiparantur eccleſijs, & minoribus ſiue pupillis.l.Orphanotrophos.C.de epi.& cler. Soc.in l.rem quæ nobis de acq.poſſeſſ.Fel.in c.de quarta num.2. de præſcript. late Tiraq. in tract.de priuilegijs piæ cauſæ in præfat. & in priuil.cxxxviij.cum 4.ſequen.& priuil.159 ubi dicit quòd piæ cauſæ non ſubſunt laicis. quod uerum eſt dummodo conſtructa ſint authoritate pontificis uel epiſcopi,ut late oſtendit Roma.conſil. ccccl xxvij. in caſu proprio ſi te conſultationi,& ibi num. xij. dicit quod fraternitates ſtatutorum non ſunt loca pia,nec gaudent priuilegijs eius, ſed ſubſunt laicis immo delegatis ſibi factis detrahitur falcidia & Trebellianica, ut etiam tenet Par. conſi. 50.num.26.cum ſeq.uolum.2.& latius conſi.xxxiiij.per totum uolum. iiij. de cuius dicti ueritate uide Tiraq.uti ſupra in præfat. uerſi.itē relictum. uel alias declara per diſtinctionem de qua per Rotam d.conſi.cccclxxij & Par.d.conſi.34.quòd autem talis fraternitas eſt creata authoritate ſuperioris,& gaudet priuilegijs loci pij,nec ſubeſt ſtatutis laicorum,ut etiam tenet Anchar.conſi.xxv. nume.2.& conſil.xij.Dec.conſil.dv.num.8. aut

203 non,& tunc ſecus, ſed quæſtionis † eſt an iſta limitatio procedat etiam in fauorem hoſpitalis deſtructi,& alterius loci pij. Pro cu-

ius

ius reſolutione Bald.in conſi.311. proponitur,quòd hoſpitale uolum.3.dicit, quòd aut hoſpitale,deſtructũ eſt de iure,& deſinit eſſe hoſpitale nec pro debentur ſoliti cenſus & tali caſu non habebit priuilegium, ut contra ipſum non currat præſcriptio, quia ceſſante cauſa pia ceſſat & priuilegium,ut late Tiraq. in ceſſante cauſa in 1.par. numer.209. ubi in terminis dicit, quòd deſtructis monaſterijs ceſſant priuilegia, aut hoſpitale eſt deſtructũ de facto,prout per Bald. in d. conſil. & tunc aut tranſlatum eſt ad alium locum, & gaudet omnibus priuilegijs argumento l.ſi donante, §.ſi ſponſus de donat. inter uir. & uxo. aut non eſt tranſlatum ad alium locum, & tunc aut eſt deſtructum irreparabiliter & tunc nõ durat nomen hoſpitalis.l.ſi uſufru. ciuitatis. ff.de uſufruc.& ſucceſsiuè non gaudebit priuilegijs aut perijt hoſpitale caſinate, & tunc durat hoſpitale habitu & non actu,& tali caſu ſecundum Bald.uſque ad refectionem nõ debentur ei cenſus, & ſucceſsiuè priuilegia, ſed in hoc decipitur Bald.meo iudicio, quia
204 † iura loquentia de eccleſia collegiata habent etiam locum in collegiata habitu tantum quia habitus quotidie poteſt ad actum reduci ſecundum Doct.in c.ſtatutum de elect. in 6. Abb.in cap.bonæ num.12.de poſt.præl.

& om-

& omnes in c.2.de no.op.nunc.

Et Bal.in l.& poſtrem in prin. ff. de tranſact.ubi dicit idem iudicium fieri de ea re, quæ eſt in potentia, prout de illa quæ eſt in actu,ut puta de appellatione interpoſita, ꝗ de tempore inter quod poteſt interponi.& inſuper nota quòd illud quod dixi de hoſpitalibus & locis pijs procedit etiam quoad charitatiuum ſubſidium, quia iſtud ſubſidium uel debeatur a clericis, uel à laicis, & conſuetudine ſeu quouis alio titulo numquam poteſt præſcribi. Cald.conſi. 2. de præſcrip. Innoc.& Card.in c.cum uenerabilis de cenſi. Roman. conſi.378.Rot. deciſ.3.de cenſi. in antiq.Bellō.de Caritiuo ſubſi.q.50.& Remigius.q.50.& Io.Plat.in l.ſi quos. C.de fund. rei.priu.lib.xj.

Duodecimo & ſucceſsiue limitabitur etiā
205 † ſtatutum huiuſmodi non extendi ad clericos, ut communiter uolūt omnes in c. animarum de conſtit.& Fel.& Dec.in c. eccleſia Sāctæ Mariæ,eod.tit.Abb.& alij in c. quòd clericis de for .compe.& Ancha.in c.clericus nume.5.eod.tit.& in terminis noſtris idem in conſi.cclviij.ſupraſcriptum ſtatutum.& Soc. conſil.xlvj. nume.iij.& conſi.lxxj.uolum.iiij. & hæc eſt communis opinio, ſed quæſtionis eſt,an iſtud etiam procedat quoad bona pa-

trimonialia clericorum Fel.in d.cap. eccleſia Sanctæ Mariæ nume.vij. cum tribus ſeq. & ibi Dec.nume. 18. late hunc articulum diſputant; ego breuitati conſulens diſtinguo
206 aut † ſtatutum dirigit uerba in perſonam autin bona, ſi in perſonam certum eſt,quòd ſtatutum non habet locum etiam in bonis patrimonialibus propter defectum poteſtatis ſtatuentium,ut not.Soc.conſi.288.& Par. cõſi.40.num.24.uolumi.3.aut ſtatuta dirigunt uerba ad bona uel obligationem:& tunc ſub
207 diſtinguo,aut † bona patrimonialia clericis data ſunt ſibi in titulũ propter beneficiũ, & tunc gaudent priuilegio clericorũ,ut gloſ. in c.epiſcopus in fin.de præbend.Dec.& Fel. in d.c.eccleſia Sanctæ Mariæ,aut bona aliunde proueniunt,& tunc communis eſt opinio, quòd non gaudent priuilegio clericorum,immo poſſunt conueniri coram iudice laico,ut per multa oſtendit Tiraq.de utr.ret.§.32. nume.80.cum ſeq.& in uerbo Teuchepter gloſ. 13.nume.3.& eſt conſi. Oldr. 17.per totum.
208 Hinc uidemus † communem eſſe opinionem,quod ſtatuta ne immobilia alienentur in extraneos comprehendunt etiam clericos in bonis huiuſmodi,& tenet Signorel.conſ.xxj. ſtatuto ciuitatis,& Iac.But.in Auth.Caſſa. C. de ſacr.ſan.eccl.cum multis addu.per Tiraq.

de

de utroque retract.tit. 1.in uerbo Lachapteur §.1.gloſ. 13. numer. 5. cum ſequen. uidemus
209 † etiam quòd ſi extat ſtatutum de non fiendis inueſtituris ſtantibus hęredibus defuncti, quod procedit etiam reſpectu bonorum eccleſiaſticorum, etiam quod recipientes ſint clerici, ut tenuit Rota, coram r.p.d. Proſpero in una Ceſenaten. ad not. per Alexand. conſi. xxij. noluni, 6. & Fel. in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ nume. 114. ut eſt deciſ. Putei 6. de cõ
210 ſti. Aut clericus † in agẽdo ſumit uires & fundamentum ex ſtatuto, ut puta quia petit' exequi inſtrumentum de iure ſtatutario confeſſionatum, & tunc poteſt ſibi obijci præſcriptio ex eodem ſtatuto, ut not. Bald. in l. omni nouatione nume. 2. C. de ſacr. ſanc. eccl. & inter. Socin. conſil. 97. nume. 3. & conſi. 121. nume. 20. uolumi. 1. quia dictat ratio, quòd ex quo clerici recipiunt pro ſe conſuetudines debent etiam recipere contra ſe c. fi. de uit. & hone. cler. late Io. Lecirier in tract. primoge. in lib. 2. q. 11. Alex. conſi. 209. lib. 2. Dec. conſi. ccccli j. nume. xiiij. & late Tiraq. ubi ſupra nume. 6. cum ſequen. & in 2. titul. in uerbo pro rata gloſ. iiij. nume. 8. Notandum eſt au
211 tem † quòd Ant. in q. quæ incipit ſtante ſtatuto municipali in deciſ. ij. dubij concludendo dicit, quòd ſtatutum inducendo præſcri-

P 2 ptio-

ptionem 10.annorum ſuper debito ex negligentia creditoris non nocet clerico hæredi creditoris contra quem erat decurſa pars tēporis,& incepta præſcriptio quia dato & nō conceſſo ſecundum ipſum, quòd præfatum ſtatutum ualeat,& dato etiam quòd ſtatuta quæ iniecerunt uinculum ante clericatum ligent clericum,ut dicit Soci. conſi. 12. nume. 7.uolumi. 4.tamen quia tempus cœptum,& quod pro parte erat decurſum,nondum erat completum quando clericus effectus eſt hæres,non ligabitur hæres tali ſtatuto,ut no. ēt Fely.in d.cap.eccleſiæ Sanctæ Mariæ nume. 101.in fin.& Rot.deciſ. 5. alias 551. de for. comp.in antiq.& ſic uidetur quod a fortiori ſtatutum non liget clericum etiam in bonis patrimonialibus,pro cuius reſolutione uide late Fel.& ibi Io.Lecirier.ubi ſupra.Ego ſum in op.quòd ſtatutum liget clericos quoad bona patrimonialia per ea quæ late no. Felin.& Dec.ubi ſupra,& Par.d. conſi. 40. nume. 24. uolumi.3.& Tiraq.de præſcript.gloſ. 10.uerſi.ſed an, & in d.§.xxxij.gloſ.unica num. 80. uerum eſt quod Old.conſi. 83. an epiſcopus & Anto.in c.1.de conſue.& Car.in clem.1.de cenſ.Tenent quòd ſtatuta laicorum non poſſint diſponere ſuper bonis patrimonialibus clericorum, ut etiam uoluit Soc.conſ. 65.nu

me.

me.6.uolu.3.& late Affli𝒸t.deciſ.2.nume. 4. & 5.Guid.Pap.deciſ.77.nume. 2. Sed communis opinio eſt in contrariũ ut per Fel. & alios ubi ſupra,& Soc.conſi.230.nume.8.uerſi.bona autem uolu. 2.ubi dicit, quòd bona clericorum & perſonarum eccleſiaſticarum non gaudent priuilegio clericorum niſi in caſibus a iure expreſsis,ut not.Ant.in c.ſi diligẽti de præſcript.& ibi D.Abb.

Decimotertio limitatur ſimiliter non pro
212 cedere†contra fiſcum & rempublicam qui eccleſijs æquiparantur.l.fi.C.de ſacr.ſan.ecc. Bald.in l.ſi minori nume.3.C.de iur.fiſ.lib.3. & Bart.in l.iuſtas num.3.C.eod. dicit uerum eſſe,quòd contra fiſcum ratione negligentię præſcribatur, ſed requiritur maius tempus l. in omnibus.ff.de diuer.& temp.præſcrip.late Boer.deciſ.264.nume.19. Arc. Plat. Port.& alii in §. res fiſci inſtit. de uſucap. Tiraq. in tract.de priuileg.pie ca.priuil. 143.Bald.in l. legatis quoque ff.quib.ex ca.maio.Soc. cõſ. 86.nume. 14.uolu.1.& conſi.169. ſubtiliter nume.4.cum ſeq.uolu.2.dicit in terminis, ꝙ ciuitates & reſpublicæ ſunt priuilegiatæ in
213 præſcriptione,ſecus autem†caſtra, uillę, & ſimilia quæ tamen reſtituuntur ex clauſula ge
214 nerali ſi qua mihi iuſta cauſa.& Bal.†in d.l. legatis.Ampliat omnia priuilegia reipublicæ

procedere etiã in fauorem legatorum. Mil.
215 †in repert.in uerb.pręſcriptio uerſi.pręſcri
ptio cõtra ciuitatem dicit, quòd præſcriptio
in rebus corporalis in patrimonium fiſci non
currit minori ſpacio xl.ann.ſi uero bona ſunt
acquiſita ciuitati per legatum, donationes
hæreditates uel emptiones non præſcribũ-
tur minori ſpacio cẽtum annorum, in rebus
autem delatis fiſco propter uectigal; ſufficit
quinquennium ad præſcribendum l.2.C. de
uecti.aut ſunt delata propter aliam cauſam,
& tunc aut ſunt denunciata fiſco,& tunc ſuffi
cit quadriẽnium.l.inter quatuor C. de diuer.
& temp.præſcrip.aut non ſunt denunciata,&
tunc aut poſsidentur in titulum & ſufficiunt
10. anni inter præſentes ad præſcribendum
& 20.inter abſentes;aut poſsidentur ſine titu
lo,& tunc requiruntur ſemper 20.anni: con
tra autem uillas & caſtra,ut dixi,præſcribitur
ſicut in alijs rebus priuatorum ut per Barto.
in l.finita §.fina.ff.de publ.& uectig. & circa
hanc limitationem uide late ibi per eum &
per Boer.deciſ.264.nu.xxi. cum tribus ſeq.

Et latius per Ioan.Plat.in l.iubemus C.de
fund.pat.lib.xi.& Fran.de priuileg. Fiſc. no-
tandum eſt autem quòd ſi Princeps prohibe-
ret alienationem rerum fiſci cum decreto irri
tanti,tunc nunquam currit præſcriptio.Feli.

in c.cum acceſsiſſent nume.30. de conſtitu. adnot. per Archid.in c. cum de beneficio de præb.in 6.& egò credo de hoc eſſe rationem quia decretũ irritans inducit uſum cõtinuũ, nec poteſt dari de non uſu, ubi adeſt dictum decretum,ut per Rot. deciſ.3.de priuileg. in antiq.quia ut dicit Capit.deciſ.ix.nume.xvi. nec tali gratiæ poteſt per partes renuntiari, ut dicit Pariſ conſi.xlix.nume.26. uolu.4.

216 Decimotertio limitatur etiam†iſtud ſtatutum non habere locum in emphyteota uel colono contra dominum,quia ſi emphyteota non ſoluit canonem per 30.annos non petitur penſio annorum,qui ſunt decurſi, ſed ſequentium,ut not. Spec.in titu. de præſcript. nume.xiii.& Bal.in l.male agitur nume.4.& in l.cum notiſsimi.§.nulla.C. de præſcrip.30 ann.& Iaſo.in l.ii.q.28.col.81.C.de iur.emphyt. ubi late proſequitur,& ideo amplius non inſiſto & extat in urbe ſtatutum lib.j.ca. cxxv.ubi habetur,quod emphyteota,qui pluribus annis ceſſauit in ſolutione pẽſionis, nõ poteſt quæſtionem dominii locatori ſuo referre.& ca.129.eo.lib.habetur, quòd ſi quis huiuſmodi rei in emphyteoſim uel locationẽ conceſſę,per multos annos ceſſauerit petere penſionem; poſsit niſi pro decem annis præteritis petere; & ſic etiam ſtatutum contra ea

quæ dixi ſuperius uult, quòd penſiones decurſæ ſaltim per decem annos non præſcribantur ſed poſsint peti. Vide Corn.conſ.42.lib. 3.& Balb.in tract.præſcript. nume.4.1.par. prin.q.8.& Tiraq. iſtos & alios alleg. in ſuo tract.de præſcrip.in gloſ.xii. per totum & in fin.ubi dicit ſecus eſſe in extraneo ad quē res emphyteotica peruenit.idē in tract. de conſt. pri.2.ampliat.13.nu 5.& Plat. in l. poſſeſsionem c.de cur.lib.x.uide Bald.in l.ſolemnibus
217 C.de rei uend. & † quod dixi de emphyteota procedit etiam in uſufructuario, ut not. Bald.in l.neque uſufruct.ubi dicit, quòd niſi uſufructuarius interuertit poſſeſsionem per 30.annos impoſsibilis eſt præſcriptio etiam per centum annos, quia talis non poſsidet ni-
218 ſi naturaliter tantum & ex ſola † naturali etiā per mille annos non præſcribitur proprietas l.acquiritur.§.fi.de acq.rer.dom. Din.in c.ſine poſſeſsione.& ibi Bal.in d.l. neque breuiter dicit, quòd quidam poſsidet ſimpliciter & tales præſcribunt, quidam alii, ut coloni, & iſti nunquam, alii poſsident reſpectu iuris, quod habent uel putant habere, & tales præſcribunt, illud ius quo ad uſufructuarium di-
219 cunt † quòd ſi uſufructus eſſet legatus uel donatus cum prohibitione alienationis non requiritur præſcriptio directi dominii, quia legato

gato uſufructu, ut ſupra, dicitur legata proprietas, ut uoluit idem Bald. in l. ſi mulier nu. 2. C. de iur. dot. & in l. Proculus. ff. de uſuf ru. & quemadmodum. & Cin. in l. donationes. §. concubinam. ff. de donat. & Marſ. ſingu. 414. incip. teſtator. uide Roma. in d. l. donationes. qui tenet contrarium, ſed ſequutus fuit Bald. in conſi. 229. num. 4. & Guid. Pap. ſing. 442. §. ſi uxor. Durans de arte. teſt. titu. de leg. cautel. 23. & Sanct. de indiuiduo fol. 18.

Et quòd dictum eſt de uſufructuario Ioa. Fab. in. l. male, C. de præſcript. xxx. ann. extendit etiam ad locatarium, depoſitarium, & cõmodatarium. & Ioa. Platea in l. iubemus col. 3. & in l. ius. C. de fund. pat. lib. xi. extendit ad colonum, ſubdens quòd poſtquam colonus ſubuertit poſſeſsionem præſcribit etiam ſolutionem futuram. tu autem nota de locatione, quòd ſi quis tenuit rem tanquam ſibi locatam in emphiteoſim per 30. annos de iure cõmuni, uel per illud tempus ſubrogatum à iure municipali, & ſoluit omni anno uniformem mercedem præſcribit contra dominum & dominus contra eum, ut deinceps debeat tenere in emphiteoſim etiam ſi non conſtat de locatione, ut dicit gloſ. fin. in fin. in l. comperit. C. de præſcrip. 30. uel 40. ann. & ibi per Bar. & Ange. in l. male agitur. C. eo. & Ioan. Plat.

in d.l iubemus & in l.litibus C.de agricol.& cenſi.eo.lib.quæ omnia concorda cum illis, quę dixi ſup.poſt num.124.ead.gloſ.Addens quòd ſi deinde talis uel quilibet emphiteota, qui tenebat rem ad uitam.

Decimoquinto & dum dixi ſupra ſtatutũ procedere cõtra cenſuarium priuat.ut in am
220 pliatione fallit † quando in cenſu eſſet adiectum uerbum diſtributiuum quãdocunque, quia tunc cenſentur plures diſpoſitiones, ut inquit Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi pluribus de no. op.nunc.& ſucceſsiue non ſufficit una præſcriptio,ut etiam not.Ange.in l.ſi ſtichum.§. ſtipulatio de uerb.oblig.& ibi Alexan. & alii Bar.& Bal.in d.l.cum notiſsimi. & Bal.in l.1 C.de ſenten.quæ ſine certo,& idem Bald. in conſi.316.ad euidentiam præmittendũ uolu. 4. dicit, quòd cenſus liberatio præſcribitur ſpacio xl.anno.uidelicet cenſus decurſus non autem futurus ad inſtar emphyteotæ,ut not. Iac.Butr. in q.ueteri Piſanorum, & latius de præſcrip.cenſus uide Abb.in c. ad audiẽtiam de præſcript.& ibi Barb.& in c.cõſtitutus de relig.dom.& Io.de Plat.in l.nullus C. de de-
221 cur.lib.x.Dicas autem † quòd ſi cenſus eſt perſonalis quod non poteſt præſcribi, quia non cadit in eo poſſeſsio & ideo nec præſcriptio,ut not.Ioan.de Anan.conſi.85.in fin.ad

not.

not.in l. certis annis C.de pact.& in cap. ſine poſſeſsione de reg. iur. & quatenus currat prę̨ſcriptio ſecundum aliquos non currit in fauorem eius qui primo confeſſus eſt dictam præſtationem ſiue cenſum, nec eius hæredis, ut per Io.de Anan.ubi ſupra adnot. in Auth. malæ fidei de præſcript. long. temp. & ibi in
222 † d.conſi.Ioan.de Anan.& in addit. Bolog. ponunt quando per ſcripturam Notarii uel libros cenſuales probetur cenſus, ſed quia ual-
223 de dubitatur inter Docto.† a quo tempore incipiat præſcriptio, uidelicet: An in principio cuiuſlibet anni: An ex die ceſſationis ſolutionis primo in ſtipulationibus contractibus & legatis tenent communiter Vltramõtani, quòd in principio cuiuſlibet anni, ut per Fulgo. conſi.clxxiiii. & Salic. in d.l.cum notiſsimi, noſtri tenent, quòd unica præſcriptio ſufficiat incipiens a die ceſſationis, & hincinde dicuntur multa tam in rebus debitis in ultimis uoluntatibus quam in cõtractibus. uide late in addit.ad deciſ.Tholoſ.cccxlij. ubi per duas colum. iſta tractantur. non eſt tamen omittendum quod circa hoc not. Præpoſitus in c.1.§.ex eadem de leg. Cor.in uſib.feud.ubi dicit quòd ſi ſimpliciter legantur alimenta, quod tantum eſt unum legatum, & ſufficit una præſcriptio, ſecus autẽ

ſi le-

ſi legantur alimenta ſingulis annis, quia tunc non dicitur unum legatum, ſed plura, & ſic una præſcriptio non ſufficit pro omnibus, & dicit iſtud eſſe perpetuo notandum. Pro cuius pleniori intelligentia uide Guid. Pap. deciſ. 406. cum duabus ſequen. & uide ſupra in gloſſ. 3. nume. 30. & Boer. deciſ. cccxxxvj. qui & hanc q. diſputat ad partes. & tandem concludit, quod requirantur plures præſcriptiones. in uſufructu.. uide Io. Fabr. in l. ſi. in ſi. ca. de præſcrip. 30. ann. & Foller. in prax. cenſ. in uerbo huiuſmodi numero 92. cum ſequen.

16
Decimoſexto, ſed quæſtionis eſt quòd ſi
224 quis debet † ſoluere 20. ducatos pro annuo cenſu, & ſoluit. 10. tantum, An alia decem præſcribantur gloſ. in d. l. cum notiſsimi. §. in his, dicit quòd illa 10. non præſcribuntur ſpacio 30. annorum, quia ſoluendo partem uidetur agnoſcere totum debitum l. cum fidem. C. de non nu. pecu. Salic. autem ibi dicit quòd ſi quis ſoluit minorem cenſum quam debeat ſi ſoluit ut totum, & nō ut partem currit præſcriptio in alijs 10. & dicit quòd op. glo. procedit in illo qui ſoluit illa 10. pro parte non ut totum. Spec. in titu. de præſcript. numer. 19. in titu. de emphite. §. nunquam q. 42. numero 3. dicit quòd ſi illa 10. debentur, ex eadem

dem cauſa ſoluendo partem uidetur totum agnoſcere,ſecus ſi ex alia cauſa. Pir. Angleb. in conſtit.Aurel.in tit.de præſcript.cap.4. dicit ſecundum aliquos,quòd aut loquimur in debitore qui ſe obligauit, & tunc nullo tempore poteſt præſcribere ſoluendo minorem penſionem,uel de peculio uiliori propter malam fidem c.fin.de præſcript. nec eius hæres qui tenetur exonerare conſcientiam defuncti ut eſt communis opin.in c.fi.de ſepult.aut loquimur in ſucceſſore ſingulari. Tunc ſi habet titulum & bonam fidem quia fundus fuit ei uenditus cum expreſsione minoris cenſus, tunc illud plus præſcribitur per 10. ann.inter præſentes, & 20.inter abſentes de mente Baldi in ſuo tract.de præſcript.etiam ſi talis ha-
225 beat cauſam a malefidei authore, quia † cõmunis eſt ſententia doctorum in l. Pomponius §.cum quis de acq.poſſeſſ.& in Auth.malefidei C.de pręſcriptio.long.temp.quòd mala fides authoris noceat ſucceſſori ſingulari habenti tit. quo ad præſcriptionem dominij, non autem alterius iuris inferioris minoriſq; præiudicij. de quo uide Boer.deci.clxxxij.nume.41.cum ſeq.& Oldrad. conſi.19. per totum.ſi uerò nullum titulum habeat ſed eſt bonæfidei,tunc pręſcribit ſpacio 30.ann.de iure communi.l.cum notiſsimi.l.ſicut & l.ſi quis

emptio

emptionis §.primo C.de præſcript. 30. ann. & ſucceſsiue de iure ſtatutario ſpacio 16.anno.adnot.per Alex.conſ.xlij.lib. 3. conſi.24. lib.4.& Areti.conſ.131.& deciſ.conſi.dlxvj. Alb.de Roſ.in l.in eo quod de reg.iur.nume. iij.& circa hoc uide Alexand. in l. ſi certis an nis numero viij.C.de pactis,& uide infra in uerbo interruptam præſcriptionem poſt nu mer.24.

De hoc late Ioan.Fab.in l.cum notiſsimi col. 4.& Oldr.conſi.19.qui dicit quòd mala fides donatoris non impedit præſcript. tamē Donatarij poſsidentis bona fide intelligendo de mala fide quæ oritur ab ipſo authore non autem a ſeipſo licet improprie dicatur etiam ipſe habere malam fidem quæ dupliciter conſideratur,Propria quæ eſt in authore, ficta quæ eſt in ſucceſſore ob malam fidem authoris,& iſta mala fides ſecundum Old.nō nocet ad præſcribendum. Ego autem credo quòd mala fides authoris ſemper noceat ſucceſſori quando ſucceſſor utatur perſona authoris,ſecus autem ſi a ſe inciperet præſcriptionem,quæ ſufficit quòd ipſe non ſit in mala fide prout permulta Cephal.conſi.103.nume.12.uolu.1,& propterea Io. Fab.in l.1. C. de bon.mat.& Lanf.in c. quoniam contra uerſi.quæro utrum inſtrumentum faciat fidem

contra

contra tertium. Dicunt de mente Bal. in rub. c. de fid. inſtrum. quod ſi quis emit rem alienam & poſsideat bona fide per tempus congruum, ſi Dominus agat contra illum, poteſt probare præſcriptionem & titulum per dictum inſtrumentum, nec ſibi nocebit mala fides ſui authoris. De quo dicto uide latius Ignes. in l. neceſſarios §. non alias in ult. part. ff. ad Sillan.

126 Poteſt autem † dubitari quod ſi tempore contractus dicti cenſus quilibet ducatus erat ualoris decem Iuliorum, An ſi ualor diminuitur propter etiam intrinſecam qualitatem, & poſt diminutionem ad antiquum ualorem per 16. annos fit ſolutio, An ſoluens poſsit uelle ſoluere ad ualorem currentem, & ſimiliter ſi augeretur, & ad antiquum ualorem facta eſſet ſolutio poſt auctionem per 16. annos; An ille cui ſoluitur poſsit agere ad nouum ualorem. De materia auctionis & diminutionis pecuniarum dixi late in meo tracta. de prælat. in quæſ. quid ſi mulier tempore quo nupſit dedit nomine dotis mille, & ideo non repeto quoad hanc q. dicendum eſt breuiter quod ſolutio in 2. q. propoſita præſcribitur iſto ſpacio 16. anno, per ea quæ inter. uoluit. Io. Ant. rub. Alex. conſi. 75. per totum adnot. per Cur. conſi. lxxxiij. pius & Soc.

conſi.

conſi.clxxxj.uiſis capitulis & Corn.conſi.136 uolum.2.Car.Zabar.in clemen. ſi beneficiorum num.xiij.de deciſ. dicit de mente Paul. ibi, quod ſolutio fieri debet ad antiquum ua lorem tantum ſi præſcriptio aliud non inducat. Vide latius q̃ dixi in trac. de quo ſupra, & Cur. in tract. de monet. in fin. & Io ann.Ant.Rubeum conſi.xvij.& conſi. cxlviij. cum ibi allegatis.

Decimoſeptimo, ſed oritur maior quæ-
227 ſtio † An ſtatutum procedat contra eum qui cum haberet cenſum ſuper certo fundo, ille fundus fuit uenditus, & emptor poſſedit per 30.ann.abſque ſolutione cenſus, ſed uenditor ſemper ſoluit præfatum cenſum. cum autem ceſſaretur in ſolutione, dubium erat, An dominus cenſus non obſtante lapſu xxx. ann.potuerit agere contra emptorem poſſeſſorem.Caſſan.in conſ.Burg.in titu. des cenſes §.2.num.xxxvj.tenet quòd ſic, quia leges & ſtatuta procedunt contra negligentes, quæ negligentia ceſſat in domino cenſus; quia dũ ci ſoluebatur, quod erat debitum non poterat ire contra rem obligatam niſi in defectu ſolutionis, & ideo cum non dum nata eſſet actio ad rem ſucceſsiue non currebat præſcriptio, quia non ualenti agere non currit præſcriptio, nec obſtat ſi diceretur quòd pote-

rat

rat agere hipothecaria aduerſus tertium poſ
ſeſſorem quia iſtud falſum eſt dum ſoluitur
debitum principale l. ſoluitur cum ſequen. ff.
quib. mo. pig. uel hypot. Præterea ut ſuperius
dixi non ualenti agere nõ currit præſcriptio,
ſed ille qui ſi ageret poſſet excipiendo repel-
li æquiparatur non ualenti agere ut not. Fel.
in c. ex tranſmiſſa de præſcript. ſed ſi domi-
nus dum ei ſoluebatur debitum principale
uoluiſſet agere, per exceptionem ſolutionis
expulſus fuiſſet, & ideo nullo modo poteſt ei
opponi de præſcriptione, & hanc opinionem
tenuit Foler. in tracta. de cenſ. nume. xcv. Spe
cu. in titu. de emphit. §. nunc aliq. uerſicu. 43.
refert hanc quæſtionem, & in titu. de præſcri.
in q. quæ incipit pone colonus. ubi dicit de
mente Pilei quòd D. amiſit poſſeſsionem de
æquitate; ſed ei ſuccurritur per uiam reſti-
tutionis ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta
cauſa Roma. conſi. 166. & conſi. 311. tenet di
ctum Specul. Ego ſoleo diſtinguere hoc mo-
do, aut ille qui accipiebat cenſum ſciebat
rem cenſuatam alienatam eſſe, aut non. Pri-
mo caſu indubitanter credo quòd currat præ
ſcriptio ſtatutaria nec poſsit ſub aliquo præ
textu defendi quia in ſua poteſtate erat remo
28 uere impedimentum. Hinc uidemus quòd
reſciſſoriæ non dum natæ præſcribuntur,

Q quia

quia eſt in poteſtate eius facere naſci petendo reſtitutionem in integr. ut no. Bald. conſi. 342 ſuper eo. uolum. primo per l. fin. C. ex quib. cau. ma. & not. in ca. eis quibus de elect. & in l. ſed & ſi per prætorem §. 2. ff. ex quib. cau. ma. & late dixi infra in limit. 22. de eo qui poteſt facere naſci actionem & facit qđ not. Card. in clemen. prima §. cæterum num. 6. de conceſſ. præb. quòd ille qui ſcire potuit, & non ſciuit, non excuſatur, & ideo cum iſte D. potuerit facere naſci actionem contra emptorem, & non fecerit, credo quòd non excuſetur, & quòd ita uerum ſit ut procedat etiã ſi debitor non eſſet ſoluendo & creditor ab eo debitum non petierit cum nõ poſsit quis
226 excuſari ſub huiuſmodi prætextu, quia † debitor etiam qui eſt non ſoluendo poteſt præſcribere ut not. Bal. conſi. 180. præſuppoſitis uerbis uolum. prim. aut quis ignorabat rẽ alienatam & tunc dic ut ſupra. & uide Alexand. conſi. 71. lib. primo & alios quos allegat Tiraq. in tracta. de præſcript. in gloſ. 7. in fin. & quando emptor ſciebat rem eſſe cen ſua tam tãquàm emens a malæfidei poſſeſſore poſsit præſcribere an late Boer. deciſ. 182. nu. 41. cum ſeptem ſeq.

18 Decimooctauo limitatur etiam non pro-
230 cedere † contra cenſuarium uel emphyteo

tam

tam ut ob non ſolutionem canonis contra eos præſcribatur utile dominium ſi à tertio etiam proprio nomine & non eorum eſſet facta ſolutio canonis,ita in ter, Rom. conſil. 491.nume.3.& 4.Vbi dicit quod ſolutio cenſus facta per ius non habentem nomine ſui prodeſt ius habenti quo ad conſeruationem emphiteoſis aut fundi cenſuarij, & conſequẽter pœnæ euitationem, prout extat text. in l. forma.§.ſi cum ergo de cenſ.&ita tenet Bal. in l.arboribus §.quod tamen. ff. de uſufruct. & ibi Andr.de Piſis & alij,& eſt ratio quia ſolutio canonis eſt onus realis & ideo ſufficit à quo ſoluatur. Item ubi tractatur de conſeruatione iuris non refert quomodo fiat l. qui fundum . ff. quemad. ad ſer. amit. Et ita tenet Specul. in titul, de loc. §. nunc aliqua uerſi, 82.

Decimonono limitatur etiam ad illud q̃ 19
231 dixi † in ampliatione 21,de creditore ex pacto de retrouendendo , quia illud dictum nõ procedit quando uenditor eſſet in poſſeſſione rei uenditæ,quia licet non poſſet per tempus 30.ann. de iure communi & 16. de iure ſtatutario urbis agere,poſſet tamen excipere ut not,Sig.conſi.xiiij.& Curt,Iun.in l. petens C.de pact,maxime ſtante ſtatuto ſec, urbis, in quo requiritur quòd quis fuerit adeptus

corporalem, & actualem poſſeſsionem, & an iſta limit. procedat etiam contra emptorem ſecundum ab eo qui emerat cum tali pacto uide auream deciſ. Boer. clxxxij. nume. xlj. cum ſeq.

Et late Cephal. conſi. 40. nume. ij. lib. 1. ubi multa adducit pro ampliatione de qua ſupra & nume. 45. corroborat præſentem limitationem, & num. 35. limitat etiam non procedere ubi reſultaret iniquitas, quia tunc nulla unquã præſcriptio currit, prout nec currit ad reluendum pignus. l. nec creditores. C. de pignor. actio. Balb. in ult. part. ſui tractatus par. 1. conſ. xxvj. & late Caſſan. conſil. 11. nume. xxv. & ibi per totum diſputat de ueritate ampliationis An pacto de retrouendendo præſcribatur. Ad quem recurrendum eſt, quia ibi allegat multas concordantias pro utraque parte.

233 Vigeſimo limitatur ſimiliter† præfatum ſtatutum non procedere contra eum qui petit aliquid ſibi debitum per uiam exceptio-
234 nis, quia ſtatutum† prohibens agentem, nõ prohibet excipientem per ea quæ dixerunt Domini de Rota ad declarationem ſtatuti urbis de non excipiendo ut not. Put. in deciſ. 5. cum tribus ſeq. de conſt. per ea quæ not. Alber. Brun. in uerbo nullitas de conſtitu. &

Alex.

Alex.conſil.lxxxij.colum.ij.uolum. 3. & faciunt not.per Aret.conſi.lxxv.& Ang. conſil. cclxx.& licet Dec.in conſi.viij. numer.vij. & Iaſ.conſi. cccij.uideantur uelle contrarium, dixerunt Domini de Rota quòd in illis caſibus in quibus loquitur Dec.& Iaſ.ſtatuta dicunt non poſſe dici, non autem agi. Hinc
235 † uidemus quòd quis regulariter prohibetur allegare turpitudinem ſuam, & uenire cõtra factum proprium, nihilominus non habet locum quando quis uenit per uiam exceptionis. late Fel.in cap.laᵒor.in prin. de re iudic. & ideo qui excipiendo petit non compræhẽditur ſub ſtatuto niſi replicando exciperet, quia tunc ut uoluerunt Domini, ubi ſupra, cõpræhenditur, & in ter.tenuit Paul.de Caſt. in l.1.nume.5.ff.de except.& ibi Bar.

Vigeſimoprimo limitatur etiã nõ proce-
236 dere † contra cũ qui petit quòd ſuum eſt uel ſibi debitum ex cauſa ſpolii, uel cui aliàs com petit remedium reintegrandi, quia illud remedium perpetuum eſt & impræſcriptibile. gloſ.in cap.ſollicite de reſtitu.ſpol.& competit etiam poſt mille annos, & in perpetuum tenuit Rot.in placen.caſtrorum coram Ioã. Paulo de mẽſe Martii, Aprilis, & Maii 1545. ut refert Gom. deciſ.41.& Simonet. deciſ. 83. & Put. deciſ. & de præſcript. Vide Caſ-

237 ſad.deciſ.8.de reſtit.ſpol.& datur etiã† contra habentem titulum, & de communi atteſtatur Alexan.conſi.91.in cauſa & lite lib.5. & in conſi.117.lib.2.& in conſi.6. circa proceſſum lib.3.& in l. rem quæ nobis de acqui. poſſ. Vbi dicit ſe pluries uidiſſe ita iudicari, & ita obtinuiſſe, quem ſequitur Ioachim.obſeruat. centur.3. obſeruat.85. & 86.& Dec. conſi.36.& conſi.57.& conſi.252. & ita tenuerunt Domini deRota ut in deciſ.Mohed. 342.prout refert, & ſequitur Ant. Augu. in ſummariis in titu.de præſcript.nu.8. & Caſſad.deciſ.7.de reſt.ſpol. per totũ, ubi etiam dicit quòd etiam procedit in rebus profanis ut not.Bart. Alexan. Soc. Iaſo. Rip. & alii in d.l.rem quæ nobis de acquir.poſſeſſ.Soc.cõſ.
238 266.nume.18.uolu. 2.quod commune† dictum fallit quando quis ſpoliaretur propter propria demerita, quia nõ competit tunc ei remedium,ut per Doct. omnes in d.l. rẽ quæ nobis,& Lap.alleg.52.& Alexand.conſi.52. uolum.2.& Dec.conſi.302.nume.24. Inno. & alii.in cap.ſæpe de reſtitu.ſpol.& Soc.in d. conſi.266.nume.3.uol.2.& ibi nume.15.ubi dicit quod iſtud remedium non datur contra iuſto tit.& bona fide poſsidentem,niſi res eſſet uitio affect.ut per Bar.Ange.& Immol.in d.l.rem quæ nobis,& multa allegat Soc.in d. conſi.

conſi.ſed communis eſt in contrarium ut late per ipſum conſi.89.nume.21. uolu.primo & in l.rem quæ nobis nume.xii.& latius Rip. numer.24.& 27. qui multa conſilia allegat Alexan.& aliorum Io.Anto.deRub. Alexan. in conſi.4.nume.6.dicit commune eſſe quod dictum remedium non datur contra titulum bona fide poſsidentem per ea quæ not. Rip. in cap.ſæpe de reſtit.ſpol.Corn.conſi. 18. uolu. 1.& conſi lxii.colum.xi.eo.lib. & Ange.cõſi.cxvi.& Alexan.conſi.188.uolum.2.& in d. conſi.li.uolu.j. Vbi dicit quòd iſta op. eſt magis communis.Ita quòd utraque opt. ſit communis uide d.conſi.Ioan.Ant.Vbi reſpondet ad doct.quos allegat Ripa.pro alia opin. Idẽ conſi.166.nume.9.qui multos allegat,& latius conſi.13.& uide infra in limit. quæ incipit limitatur etiam non habere locum cõtra creditorẽ ex delicto. in rota ſeruatur opinio Alexan.in conſi.91.lib.v.ut per Mohed. deciſ.342.

Dicas etiam quòd quando quis amiſit poſſeſsionem ex propria negligẽtia & ſtetit per x.annos & ultra & illam non recuperauit non competit ei dictum remedium.Ruin.cõſ.69. col.1.Soci.conſ.266.uol.2.& Deciſ.Bonon. 10.& quandiu quis non poſſet repelli ſtante præſcriptione & ecõtra. unde late Afflict.in

 uſib.

uſib.feud.ſi de feud.fa. cont. nit. domin. & agnat.in 1.not.per totum ubi etiã ponit An & quando ſtante præſcriptione poſsit habe-ri recurſus ad eccleſiam per denuntiationem euangelicam,& quando etiam quis eſt tutus exceptione rei iudicatæ de quo etiã per Fely. & alios in c.nouit.de iudic.& Balb.decis.147 ubi dicit quòd in realibus non competit di-ctum remedium denuntiationis, ſecus in per-ſonalibus ut per Innoc.in c.cura de iur. pa-tro.uide eundem in deciſ.ſeq. Bar.in extra-uag.ad reprimendum in uerb. per denuncia-tionem & Ioan.Anniba.in l.naturaliter num. 106.ff. de uſucap.

Vigeſimoſecundo limitatur etiã non pro-
139 cedere † aduerſus non petentem debitum in præiudicium fideiuſſoris qui creditori ſoluiſ ſet ei fuerunt ceſſæ actiones etiam ſi de ſolu-tione non fuerit facta intimatio debitori, ita tenuerunt Domini de Rota in una lucan.præ ceptoriæ coram bo.mem.Fabio ut no.Achil. de Graſ.deciſ.251.per ea quæ no. Alexan. & Iaſo.in l.ſi cum emptore de pact. & Bal. in l. prima colum.fin.C. quando prouoc. non eſt
140 nec.quod dictum † ampliauerunt etiam pro cedere in quolibet ſoluente pro tertio ut ter tius non poſsit contra creditorem principa-lem cui ſolutum fuit allegare præſumptam

præ

præſcriptionem ex forma ſtatuti.

Vigeſimo tertio limitatur etiã non habe-
241 re locum † contra creditorem ex delicto §.
Furtiuo inſtit. de uſucap. & ibi Par. nu.xxii.
cum ſeq.& Mil.in reper.in uerbo præſcriptio
uerſi.præſcribi licet non poſsit quia ille, qui
furatur, uel aufert rem quæ ſua non eſt uel
emit ſcienter a nõ domino uel ab eo qui alie
nare non poteſt propter malam fidem non
præſcribit,ut per Din.in c. poſſeſſori nume.
242 1.& ibi Alb.de Roſ.de regu.iur.& Bald.† in
c.ſi diligenti nume.19.dicit ex uiolenti poſ-
243 ſeſsione ius præſcribi nõ poteſt,immo † ſuc
ceſſores iſtorum debitorum non poſſunt prę
ſcribere etiam bona fide,etiam ſi uellent prę
ſcriptionem a ſe incipere.ſic contra Din. in
d.c.poſſeſſor nume.43.tenet Feli.in d.c. ſi di
ligenti nume.6.& ibi Anto.de Butr.& Abba.
& in c.nihil eo.titu.de præſcript. quos refert
& ſequitur Capit.deciſ.4. nume. 13.& ſeq.&
244 Boer.deciſ. 182.nume.41.quia hæres † tene
tur exonerare conſcientiam defuncti,ut late
Feli.ubi ſupra,qui atteſtatur de communi cõ
tra Din.& Ioan.Ant.Rub. Alexan. conſi. 13.
num.14.atteſtatur de communi contra Din.
per conſi. Alexan. 84.uolu.1.& conſ.4.& 89.
uolu.ii.ſed ibi Ioan.Anto.nume.3. pro opin.
Din.allegat Alexan.conſi.110.uolum. 1. cum
duo-

duobus aliis & Corne.conſi.clxxvi.uolu.1. & conſi.xvi.uol.ii.& 304.uolu.3.& cclxxvii.uolu.4.ita quòd iſta opinio uideatur magis cõmunis per ea, quæ notat etiam Alexand. in l. Pomponius §.cum quis col.7.& 8.de acqui. poſſ.ſed Alexan.in d.l.Pomponius §.cũ quis nume.xxi.dicit opinionem Dini poſſe procedere quando hæres adiuit hæreditatem cum beneficio legis,& inuentarii,quia tunc ſi bona fide incipiat preſcriptione a ſe ualet præſcriptio propter meram creditoris negligentiam. poteſt etiã dici, quòd opinio Dini procedat quando mala fides defuncti eſſet præſumpta & non certa.Paul.de Caſtr. in l.nunquam.ff.de Vſucap. poteſt etiam ſaluari opinio Dini,ut procedat in ſucceſſore in prælatura,ut not. Ant.de Butr.in c.cura de iur.patro.Bal.& Alexan.in d.l.Pomponius.uel poſſet dici,quòd procedat quo ad præſcriptio-
245 nem fructuum,quia tunc fructus rei furtiuè uel uiolenter poſſeſſæ poſſunt præſcribi per tertium bonefidei poſſeſſorem, ut not. Bart.in l. penalis.ff.pro ſocio, & Mil.ubi ſupra Vltimò poſſet ſaluari opinio Dini,ut pcedat in præſcriptione quæ fieret contra aliũ quam ſpoliatum argumento l.ſi quis emptorem.§.ſed ad hoc ſuper hi.C.de præſcrip.30. an.Mil.in reper.ubi ſupra, ſic declarat dictũ

Bar.

Bar.in l.ſequitur.§.ſi fundum. ff. de Vſucap. late Balb.in tracta. de præſcript. in ii. par. 1. par.princi.uerſi.breuiter nume.xii. ubi atteſtatur de cõmuni contra Dinum; poteſt breuiter dici,quòd ſtatutum non procedet in fauorem cuiuſuis debitoris qui ſit malefidei,ut late proſequitur Tiraq.in tract.de præſcri. in 2.gloſ.qui multa pro utraque parte coaceruat,& ibi uidetur uelle,quòd opinio Dini ꝓcedat in præſcriptione 30. uel 40.an. ut etiã per Bar.in d.§.ſi fundum quia non requiritur titulus,ut not.Io.And.in c.cum quis in ius alterius de reg.iur.uel etiam, quòd procedat in fauorem particularis ſucceſſoris,ut per Abb. & Feli.in c.de quarta de præſcript.Pro reſolutione præſentis limitationis, diſtinguendũ eſt prout faciunt Areti.[illegible] Platea in §. furti-
246 uè inſtit.de uſucap.aut res, † quæ uult præſcribi eſt affecta uitio aut perſona quæ præſcribit primo caſu trãſit cum eodem uitio in quemlibet ſucceſſorem,& nunquam præſcribitur, ut per Bar.Bald.Paul.de Caſtr. & omnes in l.uitia.C. de acquir. poſſeſſ. Soc. Iũn. conſi.76.nume.25.uolumi. 1. Secundo caſu aut perſona eſt affecta uitio, & tunc diſtinguit etiam Areti.ubi ſupra,aut ſucceſſor ſingularis uult uti titulo prædeceſſoris & tunc mala fides ei nocet,aut uult a ſe incipere &

tunc

tunc non. Aret.ponit ibi 12. declarationes, quas breuitatis cauſa non refero,& una cum
247 Plat.ponit † quòd dicatur uitium reale, & quòd perſonale, & Doct.in d.l.uitia Alex.in d.l.Pomponius nume.23.uſque ad fi. & Iaſ. ibi nume. 1.& Bar.ubi dicunt quòd uitia realia dicuntur ratione delicti,quod committitur in ipſa re, ut furtum & uiolentia l.ſi partē in fi.C.de uſucap.ꝓ emptore. quomodo autem purgetur iſtud uitium reale ponit Plat.in d.§.furtiue, & Par.conſi.24.num. 10.uolu.1. aliud eſt uitium quaſi reale quando uitium committitur in re priuilegiata ratione perſonæ,ut ſunt res pupilli & fiſci,& tunc ſi etiam tranſiret per mille manus. nunquam præſcriberetur,ut per Iaſ.in d.l.Pomponius num. 3. aut uitium eſt perſonale,quia conſiſtit in mala fide perſonæ,& tunc iſtud uitium non nocebit ſucceſſori particulari, ſed latius circa iſta uide Pau.de Caſt. in Auth. malæfidei. C. de præſcri.long.temp.Soc.Iun.conſi.69. nume.34.& conſi.76.nume.35.& conſi. 97.uolum.1.& uide late Alexa. in d.l. Pomponius. & uide ſupra in limit. limitatur etiam non procedere contra eum,qui petit quod ſuum eſt,& Boer. deciſ. xlij.nume.xxxviij. ubi uidetur uelle contra communem quod uitium furti aut uiolentiæ non impediat præſcriptionem

ptionem 30. annorum, adhærendo opinioni Dini, ut ibi per eum.

Et quia hæc faciunt ad materiam præſcriptionis finium agrorum, uide ultra ſuperius adducta quid ponant Fab. Are. Pla. Iaſ. & Gomes. in §. quædã ſunt actiones inſtit. de act. & Doct. in l. fi. C. fi. reg. Cepol. in tract. de ſeruit. urb. & ruſt. prædi. c. 20. Brix. in tract. de fina. reg. c. 74. & Balb. in tract. de prę́ſcrip. in 4. par. 4. par. principalis.

Vigeſimoquarto iſtud commune dictum limitatur per Iaſ. in d. l. Pomponius. §. cum quis nume. 6. ut non procedat in crimine expilatæ hæreditatis, quia ſtatutum de præſcri-
248 ptione † fauet eos qui iacente hæreditate eam expilant, ſic uidetur uelle Bart. in l. ſi homo, & ibi Albe. de Roſ. Iac. de Aret. Raph. & cæteri. ff. de uſucap. & Bal. & Bart. in d. l. uitia nume. 8. C. de fur. & eſt ratio ſecundum eos quia crimen expilatæ hæreditatis, ut uitium perſonale & non reale, ego credo quòd potius ſit reale, quia committitur mere in ipſa re & nemini ſit iniuria niſi ipſi rei, nec obſtat quòd furtum dicatur contrectatio rei alienæ inuito domino, quia certum eſt, quòd expilans hæreditatem ſcit illam rem non eſſe ſuam. l. fi. C. unde ui. ergo ſequitur conſequentia, quòd ſit alicuius, ut per gloſ. in d. l. fin. &

per

per l.ſi finita.§.uero.ff.de dam.infect.& ideo
249 uoluit † Bald. in d.l. 1. in fi. ff. uti poſsi. &
Bar.in l.falſus. §. qui alienum de fur. quòd ſi
reperiatur rés quæ habeatur pro derelicta de
bet conſignari epiſcopo,ut diſtribuatur pau-
peribus,ut etiam late Aretin. in §. nullus & §.
fin.de rer.diuiſ.& Bald.in conſi.489.quidam
M.uolu.5. dicit quòd habens conſcientiam
rei alienæ a principio non præſcribit etiam
250 meram exceptionem, quia † ius peccandi
præſcribi non poteſt.gloſ.& Cin.in l. 1.§. 1.
C.de uſucap.quod maxime procedit in bonis
hæreditarijs quorum petitio eſt in rem, quia
251 † corpora hæreditaria in rem ſunt non in
perſonam,ut per Bald.in d conſi.& in l. hære
ditatis.C.de petit.hæred.& ideo non admitti
tur præſcriptio cum nullam habeat cauſam
præſcribens, immo talis expilans hæredita-
tem committit in legem cap.quia fruſtra de
uſur.Soc.conſi.cxxj.nume.xxxv.& nume. lij.
uolu.4.& ideo non debet legis beneficio gau
dere, & maxime in ea re obtinenda in qua cõ
mittit in legem,& huic fundamento non ui-
deo reſponſionem.& licet res hæreditaria ia
cens a nullo poſsideatur & ideo non poſsit in
ea committi furtum l.fi.de expil.hæred.nihi-
lominus nõ poteſt præſcribi, quia poſtquam
adita eſt hæreditas malæfidei poſſeſſor impe
dit,ut

dit, ut qui eſt effectus dominus capiat poſſeſ-
ſionem rei ſuæ, & ideo credo quòd tali effe-
cto domino competat remedium l.fina.C.de
edict.diui Adr.toll. & credo etiam procede-
252 re contra † ſucceſſorem expilatoris etiam
titulum habentem ab eo, quia res tranſit ad
ſucceſſorem cum ſua cauſa ſuiſque uitijs tam
realibus quam perſonalibus Din. in c. is qui
in ius de reg.iur. Dec.& Cag. l. qui in ius. ff.
eo.cum itaque ſecundum opin. quam ego te-
neo, hæres poteſt agere contra expilatorem,
non obſtante præſcriptione, ſimiliter poteſt
contra ſucceſſorem, quia cum uitium cohæ-
reat ipſi rei, ut etiam uidetur tenere Iaſ. in d.
§.cum quis, & ideo ratione cohærentiæ pote-
rit agere contra quoſcunque, ut per Cagn. in
l.aliud §.abſurdum de reg.iur.& Bal.in l.fi.C.
de edict.diui Adr.toll.& ibi Paul.de Caſtr. in
253 fi.immo † iſtud eſt ita uerum, ut competit
etiam contra ſingularem ſucceſſorem titulo
poſsidentem, etiam ſi poſsidet titulo poſt
mortem illius cuius res erat, ut uoluit Paul.de
Caſt.in conſi.ccccіііj.in nou.& Afflict.deciſ.
119.& 228.& Alex.conſi.90.alias 232. uolu
mi.2.Calc.conſ.77.num.11.Sapia in d.l.fin.
in fin.& ibi Cur.Iun.& Soc.in reg. 299. fall.
2.& Corn.in d.l.fi.& Bald.in l.1. C.de mom.
poſſ.& in l.incerti, C.de interd. & ita ſæpius
pra-

nius §.præterea & in l.ſi duobus.§.uendidi tibi & in l.uſucapione.§.acceſsio.ff.de diuer.& temp.præſcr.& hæc op.Bald.eſt in uſu & illa Salic.& aliorum reprobatur licet ſit communis,ut Barb.in d.conſil. 65. uol. 1.atteſtatur.

Vel dicamus etiam quòd opinio Saly. procedat quando ſingularis ſucceſſor haberet titulum onerofum et non datur contra illum petitio hæreditatis ſed competit rei uendicatio l.2.in fin.& ibi gloſ.C.de pet.hæred. & latius Aret.in §.actio.numero 68.inſt.de act. reperio tamen alias fuiſſe deciſum Rota quod in interdicto adipiſcente hęres non auditur contra titulo poſsidentem etiam poſt mortem teſtatoris.

Vigeſimoquinto limitatur etiam, ut non
254 procedat in † creditore ſub conditione, quia præſcriptio non incipit niſi a die impletæ conditionis.l.vbi autem.ff. de indi. adiect. notatur in l. 2.§.ſi ſub conditione.ff.pro emp. & in l neceſſario.§.pendente ff. de peric. rei uend.Fel.& Abb. in c. ex tranſmiſſa de præſcript.Par.conſi.92.num.24. uolum. 3. Soc. in l.ſi in diem num.4.de condit.& demonſtr. ubi dicit nõ currere præſcriptionẽ ad aliquẽ actũ explicãdũ antequã ille actus incipiat poſſe explicari Doct.in l.1.ſi cer.pe.ubi dicũt, ꝙ creditor in diẽ uel ſub cõditione non eſt pro

priè creditor§.ex cõditionali inſtitu.de inut. ſtipul.quia ante diem uel impletam conditionem ſpes eſt in creditum iri. ergo non datur prius creditor uel debitor.& hoc etiã uoluit Tiraq.de utroque retract.in uerb.de dans lani gloſ.10.1.§.nume.47.ubi de mente Bald. in conſi.351.ad illud lib.3.dicit fideicommiſſis conditionalibus ante conditionem nõ currere præſcriptionẽ notat Bald.Paul. de Caſtr. Alexã.Flor.Raph.Ripa & Iaſo.in l.1.de leg. 1.& Rui.conſi.204.pro diſcutienda num.14 ubi dicit quòd ſtatuta loquentia de creditore ad uerum efficacem creditorem trahenda ſunt,non autẽ ad eum qui legitima exceptione repellitur ad no.in l.4.§.condennatum de re iud.& facit l.3.§.ſi quis hæredi de ſtat.lib.
255 ubi habetur quòd † tẽpus appoſitum actui qui dependet ex futuro euentu uel facto alterius non currit pendente euentu, & iſtud eſt uerum ſecund.Bal.in l.1.§.qui ſub conditio-
256 ne.ff.ſi quis om.ca.teſt.niſi † conditio ſit in poteſtate creditoris,quia tali caſu currit præſcriptio ac ſi impleta fuiſſet, idem Bald.d.l. eum qui.C.eod.tit.dicit,quòd conditio poteſtatiua non impedit curſum præſcriptionis.& in conſi.14.punctus nunquid uolum.5. quòd etiam uoluit Tiraq.ibi ſupra num.54. Roma.conſi.84.circa nume.11.& Roland. cõ
ſi.

ſi.73.nume.35.uolu.ii. ſed Bald. in d.l.eum qui dicit iſtud eſſe uerum in actiône perſonali ſecus in reali,ſed in caſu noſtro iſtud dictum poteſt habere locum, quia ſtatutum loquitur de utraque actione & poteſt etiam dici procedere in creditore ſub cõditione,quæ licet non ſit adimpleta eſt tamen certa; quia tunc talis creditor dicitur uerè, & propriè creditor,& comprehenditur ſub ſtatuto quo cauetur quòd contractus inſinuentur infra tã tum tempus ſecundum Salic.Roma.& Rip. in l.prima nume.102.ff.ſi cer.pet. Nihilominus ſecund.Rip.ibidem nõ eſt uerum quoad effectum exactionis niſi ſit conditio poteſtatiua,notat Cur.Iun.in d.l.prima num.78.qui dicit quòd licet pendente conditione creditor non poſsit agere poteſt tamen ad impediendum præiudicium quòd ſibi naſci poteſt ius ſuum in iudicium deducere, & ita dicit fuiſſe iudicatum Papiæ.Ita quòd iſta quæſtio ſit pro Amico,& hoc etiam uoluit Nicoſ.de pign.par.6.in prin.nume.4.adnot.per Paulo de Caſt.in conſi.294.& Corn.conſi.43. uol. ii.& pro hac opinione facit quod not.Anch. in cap.j.§.ſi qui exigentibus in fin.de confeſſ.
257 in 6.Vbi dicit† quòd præſcriptio in bonis hæreticorum incipit currere a die pronunciationis, & non mortis,quia erat in poteſtate

eccleſiæ ante mortem aperire uiam pronunciationi. Negligentia igitur in præcedenti præiudicat in ſubſequenti ſimiliter inquit
258 † Anch. actio pignoraticia non oritur ante numerationem pecuniæ l. ſi rem §. omnis de pign. act. & tamen contra dictam actionem incipit præſcriptio ante numerationem quia in poteſtate debitoris eſt eam in eſſe producere pecuniam numerando, ſed communis eſt in contrarium, ut per Alexand. conſi. 106. uolum. 5. & per Aretin. conſi. 108. Bald. in l. ſed & ſi ff. ex qui. cap. maio. dicit quoad creditorem ad diem uel ſub conditione impedimentum eſt intrinſecum & ſic non currit prę ſcriptio, & in l. ſenatuſcōſulto la 2. ff. de off. præſid. dicit non eſſe uerum quòd creditori ſub conditione poteſtatiua currat præſcri-
259 ptio, quia † præſcriptio eſt actionis extinctio, ſed actio quæ non eſt non poteſt extingui l. decem ff. de uerb. oblig. Item eſt in poteſtate debitoris facere quòd naſcatur pigno ratio offerendo debitum l. cum notiſsimi §. Immo. C. de præſcript. 30. ann. & tamen non præſcribitur pignoratio niſi ex quo nata ſit
260 actio, & ideo dicendum eſt † quòd aut mora eſt circa actionem natam, & inducitur prę ſcriptio, aut circa actionis natiuitatem & tūc non l. ſi rem §. omnis ff. de pign. act. ſed pri-

ma opinio quòd præſcriptio currat credito-
ri ſub conditione poteſtatiua, uidetur ęquior
& eam ſequitur ipſemet Bald. in conſil. 342.
ſuper eo quod quæritur. uolum. primo Paul.
autem de Caſt. in l. pignori rem ff. de uſucap.
dicit quòd quando ius competit pro actione
non dum nata ſed ut faciat eam naſci dicitur
potius quædam facultas quæ non præſcribi-
tur. l. uiam publicam de uia publ. Pro cuius
reſolutione uide quæ dixi in Ampliat. 21. con
tra eum qui habet ius offerendi; Ex hac limi-
261 tatione infertur † ad illam quæſt. quòd cre
ditori reſpectu tertij poſſeſſoris non inci-
piat currere præſcriptio quando per credito
rem actum ſit contra principalem debitorem
& eius bona ſint excuſſa adnot. per Ale. conſi.
58. uolum. 2. num. 3. cum ſeq. Vbi multos cō
tra Ale. allegat ibi uide. & 5. ampliat. 7.

Vide hic Rod. Suare. in l. poſt rē in 7. limit.
per totum de re. iud. Vbi dicit quòd ſi debi-
tor eſt fallitus, creditori habens obligationē
ad diem ſub conditione poterit ante diem
agere & erit præferendus creditoribus poſte-
rioribus quorum dies iam ceſſerat ad not. in
l. 1. ff. qui pot. in pign. & in l. qui Balneum §. 1.
eod. ubi doct. & late. per eum ubi ſupra.

Vigeſimoſexto limitatur etiam iſtud ſtatu
262 tum non procederet † in fauorem negocio-

rum geſtoris quia iſti negociorum geſtores nunquam præſcribunt cum nunquam habeat ueram poſſeſsionem l.etiam §.ſi quis de pet.hæred.l. male agitur. C.de præſcript. 30. ann. Bald. in conſil. 12. quidam. D. Mattheus uolum. primo & conſi.386.quidam M. uolum.5.

263 Vigeſimoſeptimo limitatur etiam †non habere locum in fauorem debitoris iure familiaritatis l.qui iure familiaritatis de acquiren.poſſ.Bald.conſi.13.ſuper eo quod creditur uolu. primo facit l. merito.ff.pro ſocio, quia quando quis poſsidet iure amicitiæ uel familiaritatis nullum ius quærit etiam ſi tanto tempore poſsideat,cuius initij memoria non extat. Paul. de Caſtr. in l. fin. ff. quomo. ſer.amitt & in l. qui iure familiaritatis & l. prima C.de ſeruit. & Aq. Cæpol. in tract. de ſerui.c.5.num.primo,qui multa allegat,Soc. conſi.cxxxj.numero primo uolumi. primo,& Corne.conſi.ccxcij.uolumi. 3. & conſil.63. uolum.4. Alexand.conſi.108.uolum.ij. Par. conſi. xxvij.numer. cxj. & conſi.xxvj.numer. xix. & conſil. cxij. numer. lxix.uolum.primo

264 & Soc.†in d.conſi.cxxxj.nume. primo & 3. dicit quod uxor uiuente marito dicitur poſsidere bona iure familiaritatis,& in conſi. 13 nume.5.uolum.4.dicit quòd procurator & il

le qui iure familiaritatis poſsidet dicitur detentor,& non poſſeſſor & in conſi.lxxxij. nu-
265 me.18.eod.tit.dicit † quòd maritus qui poſſidet bona parafernalia uxoris dicitur poſsidere iure familiaritatis, & potius tanquam negociorũ geſtor, ita quòd nec fructus ſuos faciat,& Par.in d.conſi.cxij.nu 6. & cxiij.nu.
266 44. Ampliatur † iſtud procedere etiam in eo qui precario poſsidet, & conſil. 75.nume. 9.uolum.4.quia iſti dicuntur detẽtores & de
267 tentio † etiam cuius initij memoria non habeatur non tradit titulum ut not.Ioan. Andr. in cap.3.de præb.in 6.& ita tenet Rip.in cap. communi eccleſiæ nume. 39. cum ſeq. de ca. poſſeſ.& propr.Et quòd dicatur poſsidere iure familiaritatis uide eundem Soc. conſi.61. num.4.uolum.primo, & Ang.Imol. Rom.& & alij in d.l.qui iure.

Vigeſimo octauo limitatur etiam præfa-
268 tum ſtatutum non extendi † ad creditorem factum ciuem Romanum quo ad credita contracta in originali patria præſuppoſito, quòd ibi requiratur maius tempus ad præſcribendum Imol. conſi. 35. Io.And. in reg. ſine culpa in Mercurialibus ubi dicit, quòd ciuis originarius Ferrarienſis,ſi poſtea efficitur ciuis Venetus non gaudebit priuilegio Venetorum in debitis ante contractis per ea quæ no

ta Fely.in d.cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ nume.101.de conſtitut.& Io. Lecirier in tract. de Primogeni.lib.2.q.11.Sed circa hoc Aret. in l.quidam cum filium in prin.colum.ult. de
269 uerb. oblig. dicit quod aliquando † alicui prius competebat aliquod priuilegium, deinde efficitur ciuis, tunc non amittitur prius priuilegium conceſſum, quando tale priuilegium non repugnat ciuilitati, ſed ſe compatitur cum ea,& ita uidetur loqui Bar.in l.3.§.ſi Emancipatus ff. de contr.Tabul. Aliquando uerò priuilegium ſibi prius conceſſum non compatitur ſe cum ciuilitate ſed repugnat; Tunc amittitur illud priuilegium l. cum ex oratione in fin. de excuſ. Tut. & ſic uidetur corruere iſta limit. quia priuilegium præſcriptionis non compatitur ſed Iac.de Nigr.in l. prima colum.14.de leg.primo dicit iſtud dictum Aret.non eſſe uerum,quia ſemper in priuilegio conſideratur aliquid repugnans naturæ ciuilitatis,& ideo concludit ibi cum Alex. quòd primum priuilegium nõ tollatur: quod dictum limitat Paul.de Caſtr.& Iaſ.in l.ſi Rufinus C.de teſtamen.Mil.quando primum priuilegium eſſet conceſſum ad inſtantiam partis,quia tunc ſi quis aſſumitur in ciuem perdit illud priuilegium, ſecus ſi ex priuilegio ſibi conceſſum fuiſſet. Iſta limitatio non placet

cet Iac. de Nigr. Vbi ſupra. In caſu autem noſtro non militat iſta limi. quia nos loquimur quando in originaria ciuitate uiget ſtatutum requirens maiorem præſcriptionem; poſſent nihilominus iſta accommodari ad Forenſes, qui ab aliqua ciuitate obtinent priuilegium, ut dixi de Mercatoribus portantibus uictualia quòd contra eos non currat præſcriptio ex priuilegio, ut dixi in gloſſ. 30. deinde efficiuntur ciues quia tali caſu ſubintrant ſuperius dicta, & ideo uide diligenter Iac. de Nigris ubi ſupra, & ibi per Alexan. & idem in conſ. 29. uolum. 4. dicit de mente Paul. de Caſtr. in l. cęterã prin. de leg. primo. quòd ſi ſtatuto caueatur non ualere legatum factum Forenſi ſi legatarius tempore confecti teſtamenti erat Forenſis poſtea efficiatur ciuis reconualeſcit legatum. ad propoſitum ſi quis Forenſis contrahit Regij, & poſtea efficiatur ciuis Regienſis ſubiacebit ſtatutis illius ciuitatis, etiã quo ad debita iam contracta, ſed credo quod tũc incipiant præſcrip. non autem retrotrahatur licet poſſet etiam de hoc dubitari per ea quæ dixi in prima limit. de ciue nouello. ſed dictũ Alex. in caſu noſtro parum facit, quia teſtator tempore quo legatarius factus fuit ciuis adhuc uiuebat ut per Paul. de Caſtr. in d. l. cætera. & circa caſum noſtrum cum retrotrahatur

tempus.

tempus uide Paul.de Poten.Caſi. ſed Vac. in 2.prælud.colum.3.& ult. per mod. Senenſes in tract.de temp.utili.

Vigeſimonono limitatur etiam ſtatutum
270 non † extendi contra illum cuius res fuit eius nomine uendita ſi de eius mandato non
271 conſtabat,quia † emens ab eo qui alieno nomine uendit, ſi non conuenit de mandato a principio conſtituitur in mala fide.Ita quod tanquam malæfidei poſſeſſores nunquam præſcribant, ut in regula poſſeſſor de reg. iur.l.fin.& ibi Bartol. de uſucap. pro empt. & in l. cum uir.ff. de uſucap. nec mandatum ex longiſsimo tempore præſumitur Caſſad. deciſ.23.de procur.Dec.in l.prima C.qui ad mitt.& Bald.in l.1. C.de re.eccle. non alien. & in terminis huius q. conſuluit Soc. conſi. 80.nume.3.uolu.3. & conſi.lxxxii.nu.xxiiii.
272 in fin.uolu.4. Idem † procedit in emptore cui fuit per tertium proteſtatum ne talem rem emeret quia ſit ſua: nam ſi emptor non obſtante proteſtatione emit a principio fit malæfidei poſſeſſor,& nunquam præſcribit contra proteſtantem.Bal.in l. ſi fundum C.de rei uend.& ibi Paul.de Caſtr. Vbi uidetur uelle, quod proteſtatio ſit facienda authore præto re,uide Bar.in l.non ſolum §. morte de nou. op.nunc,me remitto ad not.per Bald.Pau.de

Caſtr.

273 Caſtr.in d.l.nume.3.dicit † quòd ſi proteſta tio fit per tertium non dominum q̃ emptor non conſtituitur in mala fide, quia qui nõ prę tendit habere ius ſuper aliqua re non poteſt denunciare l.ſi maior.de reſcind.uend.l.Fru ctor urgentibus in fin.ff.de min. quod dictum uerum eſt niſi denuncians ſiue proteſtans no mine alieno doceat de mandato, quia tunc proteſtatio tenet, ut per Bal.ibi nume.ii. per clemen.cauſam de elect. & in unoquoque cã ſu quãdo emptor faciat ſaltem fructus ſuos, uide Bald.& Paul.de Caſtr.ibi & late Socin. conſi.lxxxii.nume.xxv. & per totum uolu.4. Imo Paul. de Caſtr. in l.ſed & ſi.§.ſi ante nu.6.ff.de pet.hæred. tenet indiſtincte quòd quis per talem proteſtationem in mala fide conſtituatur ſed auth.conſi.ccvi. nu.ii. aliud dicit & Balb.in l.Celſus num. 117.de uſucap. dat cautelam ut uenditor agat contra pro teſtantem ad docendum de iure ſuo & faciat ut ſibi præfigatur terminus iuxta.l.diffamari. quo elapſo inſtet declarari illi nullum ius competere.

274 Trigeſimo limitatur etiam † iſtud ſtatu tum, ut nõ comprehendat litis conſortes pri uilegiatos, quemadmodum etiam in caſibus exceptis per ſtatutum nõ comprehenduntur nõ excepti licet ſint litis cõſortes per ea quæ

not.Bal.conſi.170.ad euidentiam eſt præmittendum quod licet ſpoliatus uolum.5.Iſtud autem dictum Bald.improbatur per ea quæ not. Rom.conſi.cclxv.& Abb.in c. de quarta
275 de præſcript. Vbi dicunt † quòd res laici cõmunes cum eccleſia non præſcribuntur minore ſpacio contra laicum quam contra eccleſiam argu.l.ſi communem ff.quemad.ſer.amitt. Innoc.in c.ad audien.etiã in fi.de præſcrip.gloſ.& Ioan.And.in cap.1.de iur. patr. in 6.ſtaphil. in tracta. de commiſſ.Iuſt.§.4. nume.5.& facit quòd not.Cur.Iun.conſi.liii.
276 colum.ii. Vbi dicit † quod ſi duo ſunt fratres unus pubes,& alter impubes & ambo iurant ſuper re communi & indiuidua nullum iuramentum tenet.Idem conſi.xxv.& Fel. in c.1.num.6.de præſcrip.ubi multa coaceruat, & Gramma. conſi.cxxiiii. col.ii. Soc. conſil. xxvii.col.3.lib.3.Cum.conſi.7.colu.5.Ruin. conſi.77.nume.5.cum ſeq.uolum.4.Inno.& alii in c.auditis de in integr.reſti.ubi dicunt, quòd non priuilegiatus per minorem aut eccleſiam in facto connexo gaudet eorum priuilegio.Solutio præſentis quæſtionis uerſa-
277 tur circa illud † an utile per inutile uitietur & econtra,& ideo breuiter dicendum eſt, ꝙ aut agitur de præiudicio & attenditur cauſa inhabilis & totũ fit inhabile,ut præb.in add.

ad

ad Ioan.Mona.in c.ii.de arbit.in 6. ubi dicit
278 †quòd ſi ſunt duo arbitri in aliqua cauſa & tempore lati laudi alter eorum erat excommunicatus ſeu alter inhabilis, tunc propter eius inhabilitatem, laudum redditur nullum. pro quo facit, quòd not. Calc. conſi. 86. & 91. Videlicet quòd habiles admittendo inhabiles & ipſi inhabiles efficiuntur l. diuus Traianus de milit. teſtamen. Bart. in l. prima §. pri-
279 mo ff. quod ui aut clã, aut agitur † de utili, & tunc habilis facit ualere actum communẽ arg. de falſo tutore l. 1. §. primo ff. quod cum
280 falſ. tut. ſed aduertendum eſt † quod reg. utile per inutile non uitiari procedit in indiuiſibilibus ut not. Ioan. Mona. in c. ſi confirmationem de elect. in 6. ſecus in diuiduis l. ij. §. Itẽ quærit. ff. de aq. quot. & eſt. Alb. de Roſ. in c. utile de regu. iur. in 6. & ibi Din. dicunt quod ſi res eſt indiuidua & perſonæ poſſunt ſeparari reſpectu perſonarum utile per inutile non uitiatur Anch. in conſi. ccxv. num. 4.
281 & nu. 5. ubi hoc idem not. Mil. † in repert. in uerb. gratia uerſi. penul. dicit poteſt eſſe ſurreptitia pro parte, & pro parte non. & tali caſu ſi perſonę ſint ſeparabiles licet gratia ſit una utile per inutile non uitiatur. ut not. etiã Arct. in clemen. fin. de reſcript. gloſ. in cap. conſtitutus, & ibi Doct. eod. tit. Ego aũt cre

do

282 do † poſſe concordari opinionem Bald. & aliorum hoc modo aut communis res eſt diuidua aut indiuidua, primo caſu credo quòd præſcriptio currat contra non priuilegiatum licet habeat rem communem cum priuile-
283 giato, aut res eſt indiuidua † ut eſt ius hypothecæ ut not. Afflict. deciſ. ccxiii. & Crauett. conſi. ccxxxv. & Socin. conſ. cxxxv. uolum. 1. dicat quid uelit cap. deciſ. 173. quod Hipothecaria ſit ius diuiduum. Tunc priuilegium unius quòd non currat præſcriptio competit
284 etiam nō priuilegiato, quia † in indiuiduis beneficium unius competit & alteri ut not. Bald. in l. ii. §. ſed utrum de min. & gloſ. in l. 3. C. de inoff. teſt. Iaſ. & oēs in l. ſi emancipati. C. de coll. & ſic procedunt conſilia ſuperius allegata. ubi habetur quòd ſententia eſt indiuidua, & ideo aut pro utroque ualet aut pro nemine, & ita in ter. dicit Bald. in d. l. ſi communem ff. quemadmo. ſeruit. amit. Et iſtud
285 procedit etiam quando † actus eſt indiuiduus tantū reſpectu formæ licet ſit diuiduus reſpectu eſſentię, quia in tali caſu habet locū regula quod utile per inutile uitietur, ut in terminis dicit Roma. conſi. 66. uiſo eximiæ nume. ii. uide late circa priuilegia habētium cōmunionem, Marſil. ſingul. 180. plura & 196.

Trigeſimoprimo limitatur etiam, ut non pro-

286 procedat † cõtra ſocium creditorem ratione ſocietatis ante finitam ſocietatem, quia ante præfatum tempus non datur inter eos certum creditum cum prius requiratur redditio rationis l. 1. & ii. C. de ſent. quę ſin. cert. quant. Petr. de Vbal. in tract. de ſocie. in par. xii. in prin. nume. 1. & in ulti. par. num. 4. Bal. in l. tandiu. C. pro ſocio. & ideo tunc demum incipit currere præſcriptio cum finita eſt ſocietas: nec prius actio naſcitur contra ſocium niſi ipſa finita. l. ſicut C. de act. & oblig. Bald, & Ange. in l. 1. C. de ann. except. & in d. l. tandiu, & in l. 1. nume. 7. C. ut act. ab hæred. &
287 contr. hæred. ubi dicit † quod quædam ſunt actiones, quę deſiderant contractum finiri, ut actio pro ſocio, unde perſeuerãte contractu non oritur actio, quia dum ſunt ſocij nõ poſſunt eſſe aduerſarij, uictoria enim nihil patrocinaretur cum in ſocietatẽ reflecteret l. 4. §. ſi commune. ff. fin. reg. quædam uero ſunt actiones, quæ non deſiderant contractum finiri ſed perfici, & ex hoc profecto contractu quo ad actum pertinet ad obligationem ſtatim naſcitur actio. l. ex placito. C. de rer. per mut. iccirco in actione pro ſocio non currit præſcriptio niſi ipſa finita ſocietate, quando autem finiatur ſocietas noſtrum nõ eſt tangere,
288 unum notandum eſt, † quod ſi reperiretur

tur aliquod inſtrumentum diuiſionis alias factæ, illud inſtrumẽtum daret iuſtum titulum præſcribendi, ut not. Dec. conſi. 267. nu. 5. & Alex. conſi. cc. li. 2. & conſi. 24. li. 7. late Boer. deciſ. 58.

Trigeſimoſecundo limitatur etiam ſtatu-
289 tum non extendi † in fauorem laicorum, ut ualeant præſcribere decimas per ea, quæ dixi ſupra in alia limitat. quę incipit limitatur etiã non procedere contra eccleſiam notatur in cap. cum contingat de decim. & in cap. decimas de reſtit. ſpol. Mil. in reper. in uerbo præſcribi an poſsit ius decimandi late Abb. in c. 1. de præſcript. & Par. conſil. xxv. uolumi. 4. quòd etiam procedit in præſcript. centenaria, quia cum laicus non poteſt poſsidere decimas dicitur detentor & non poſſeſſor, & detentio cuius etiam initij memoria non habeatur non tradit titulum. Ioann. Andr. de præb. in 6. cap. 3. Hoſtien. & Archid. in cap. apoſtolica de his quæ fiunt a prælatis, quia illa regula quod præſcriptio 100. annorum habeat uim priuilegij procedit data capacitate in præſcribente, alias ſecus, ut declarat Boer. in deciſ. 32. nume. 6. cum ſequen. uerum eſt, ꝙ Iaſ. conſi. 156. uolumi. 2. dicit communem eſſe contra Abb. de hoc ultimo dicto, & ſequitur Alexand. conſi. 6. uolumi. 1. & Barb. conſi.

ſt.35.uolumi.2.ſed quia, ut dixi ſtatutum nõ procedit contra eccleſiam poteſt extendi ad debitum decimarum quę debentur a laicis lai
290 co,quia huiuſmodi † decimæ præſcribuntur communi tempore 10.uel 20.an.ut per Felyn.in ca.cauſam de præſcript.Card. conſilio 146.Cum.conſi.84.Par.conſi.25.uolum. 4. Pir.Angleb.in conſtit.Aur.in tit.de poſſ.iud. cap.2.& Bal.in conſi.180.præſuppoſitis uerbis uolum.1.

Et Corn.conſi.242.in fin. uolumi. 3. ubi dicit quòd etiam dicto ſpatio præſcribitur iuri collectandi. ut etiam dixi ſupra. Notandũ eſt autem quòd in illis caſibus in quibus laicus poteſt præſcribere ius collectandi ſiue decimandi prout paſſim ſeruatur in ciuitate Veronæ in qua laici ab immemorabili tempore poſſident decimas etiam eccleſiaſticas & illas uendunt ex priuilegio ut dicitur Alexand. quarti ſi quis ex præſcriptione collectat in una parte unius agri qui deinde conſtituatur alibi dicitur & præſcriptum ius cultiuandi in alia ut præter allegata ſupra in gloſ.3. Notat etiam late Pariſ.conſi.25.nume.36.uol.4. Et ita tenuit Rot.die 16.Martij 1541 in una Ceſarauguſtan. coram Ioan. Paul. Vnde tamen Corn.conſi.184.lib.primo & Abb.Deci. Immo.& alij in c.cum contingat de deciſ. Vide

S tamen

tamen quid dicat Claud. in l. naturaliter nume. 13.ff.de uſucap.in materia quãdo agitur de præſcribendo diuerſa iura ut dominium uel hipothecam an ex præſcriptione unius præſcribatur & aliud.

291 Trigeſimotertio limitatur etiam † non procedere cõtra creditores, qui dum pignus debitorum per alios creditores poſteriores diſtraheretur non fuerunt citati per ea, quæ nota, in l. ex eo tempore C. de remiſſ. pign. ubi habetur, quòd ſi in diſtractione pignorum ſunt citandi creditores præſentes, quòd ſi nõ compareant uidentur renunciaſſe, quòd minime dicendum eſſet ſi non fuiſſent citati, quia

292 † ubi agitur de præiudicio alicui inferendo, non ei præiudicatur niſi legitimè citatus fuerit, ut per Rip. in l. rem, quæ nobis nume. 42. ff. de acq. poſſ. & Iaſ. in Auth. hoc amplius nume. 4. C. de fideicom. ubi dicit, quòd requiritur bina monitio de quo ego dixi in gloſ. ſilẽ

293 tium, quatenus uero † creditores ſint abſentes uocandi ſunt per publicum proclama, ut late Bald. in d. l. ſi ex eo & in pratica Papien. in forma reſponſionis rei. §. præſcriptionis nume. 27. & uidetur ſecundum Bald. in d. l. ſi ex eo, quòd ſufficiat generale proclama quod dictum procedit quatenus creditores eſſent præſentes & nominati fuiſſent ſpecialiter in procla-

proclamate alias non afficit generale procla-ma per ea quæ not. Felyn. in c. exhibita nume ro. 2. de iud. & Iaſ. in l. decem num. 93. de uer bor. oblig. Ange. conſi. ccxcviij. & Alexand.
294 conſil. cccvj. lib. 5. & tali caſu † proclama generale a iudice laico emanatum afficit clericum & res eccleſiaſticas quando ſit per illa uerba, quòd compareant omnes quorum in tereſt, & hoc etiam tenuit Paul. de Caſt. conſi. 44. in cauſa Aegidii, & Mar. Soc. in tract. de citat. articul. 5. uerſ. 13. & Philip. Franc. in c. cum inter col. 7. de except. Boer. deciſ. 151. Sed de hoc dicto ego dubito per ea, quæ not. Abb. in c. fi. de uit. & honeſt. cler. ubi dicitur,
295 quòd quando agit † de perdendo priuilegio clericali nunquam ſufficit proclama generale etiam poſt admonitionem niſi perſonaliter apprehendatur clericus & ſequitur Ioan. Anto. Rub. Alex. conſi. 76. nume. 2. & late per Felyn. in cap. exhibita de iudi. ſimiliter credo
296 † quòd non afficiat abſentes, ignorantes, & alios legitime impeditos per ea quæ not. Rip. in d. l. rem quæ nobis numer. 42. & in l. 1. nume. 45. ff. ſi cert. pet. Cum. conſi. 4. Goza. con ſi. 103. nume. 22. Aim. conſi. 182. num. 11. Alexand. conſi. 31. lib. 5. cum ſimil. & licet Bald. uelit in d. l. ſi ex eo quòd generale proclama afficit abſentes ſuccurritur eis ſaltim per

præfigat, quòd ueriſimiliter ad notitiam partis non poſsit deuenire uel ſaltem propter eius breuitatem non poſsit comparere, quia tunc habetur pro non facto, ut not. Creſc. deciſ. 71. gloſ. in Prag. Sanct. in §. facta in uerbo
300 uocetur de elect. ubi † dicit etiam, quòd publicum proclama redigendum eſt in forma Authen. in ſcriptis alias poſſet impugnari per citatum & ad alterum ſpectaret probatio, ut not. Docto. in c. quoniam contra de prob. & Rot. deciſ. 301. in nou. ſed poteſt dubitari
301 † an citandi ſint creditores anteriores ſed conditionales non exiſtente conditione, & uidetur dicendum quòd non, quia in actu qui geritur citari debet, qui habet ius tempore actionis quæ intentatur non autem ille, qui in aliquem euentum ius habere ſpectat, ut uidetur uelle Ang. Cum. & Imol. in l. filiusfamilias. §. Diui de leg. 1. quos allegat Soc. conſi. cclj. nume. 10. uerſi. confirmatur uolum. ij. & Bald. in l. nec quicquam §. decretum num. 5. uolumi. 6. uerſi. eſt arg. ubi dicit, quòd futuri aduerſarij qui tunc temporis cauſæ intereſſe non habent non ſunt citandi in publicatione & exemplificatione priuilegiorum & in terminis proprijs Imol. & Ang. in d. §. Diui quos refert Iaſ. in l. decem nume. 38. de uerbo. obligat. dicunt, quòd ſi creditor faciat condem-

nare debitorem in iudicio non poterunt alij creditores conqueri ex eo quia non fuerunt citati, breuiter agendo, diſtinguẽdum eſt aut loquimur de creditoribus poſterioribus qui faciunt diſtrahere pignora & qui ſciunt ſe poſteriores aut de alijs. Primo caſu dicendum quòd ſi creditores præfati licet ſint poſteriores credant ſe potiores debent alios conueniri ſi uolunt, quòd ſententia per eos obtenta faciat ius contra alios ad not. per Iaſ. in d. l. decem nume. 43. nec quicquam refert, quòd primi creditores ſint conditionales, quia in contractibus attenditur principium, ut nota Iaſ. in l. ſi filiusfam. nume. 3. de uerbo. oblig.
302 ubi etiam † dicit, quòd quo ad hypothecã & obligationem conditio retrotrahitur ad tempus ſtipulationis. Si uero ſecundo caſu de alijs tunc fiat concluſio, ut per Soc. in d. conſil. 251. & per Alexand. in d. §. diui. ꝙ ubi agitur de præiudicio irreparabili alicuius ſemp in omnibus caſibus ille eſt citandus.
303 Trigeſimotertio limitatur etiam † ſtatutum huiuſmodi non habere locum niſi in illis caſibus realiter expreſsis ubi uigent alia ſtatuta, quòd uerba debent intelligi, ut iacent & ut litera ſonat & in illis non dare interpretationem, quia tunc non recipiunt extenſionem ullam etiam ſi ueniret ex identitate rationis

uel

uel ex maioritate aut ex unica tantum ratione præſumpta, ut not. Aretin. conſil. 145. & in l. Gallus. §. inſtituens de lib. & poſth. Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure Iaſ. conſi. 50. pro nobilibus uolumi. 1. & conſi. 205. uolu. 5 Cur. Iun. conſ. 6. & Par. conſi. 49. nume. 90. uolumi. 3. & de hoc latius dixi ſupra in gloſ. exceptis dotibus uerſi. credo etiam.

Trigeſimoquarto limitatur etiam nõ pro
304 cedere † contra prohibitum alienare quia ei non currit præſcriptio gloſſ. in l. 1. uerſ. ſed dic quoad opinionem & ibi Doc. C. ſi aduer. uſucap. & in l. non eſt incognitum C. quibus non obſt. long. temp. præſcrip. quia præſcriptio appellatione alienationis continetur, ut not. Doct. in l. fi. C. in qui. non eſt nec in integri reſtit. & Bald. in auth. hoc ius porrectum nume. 5. uerſi. adde quod ubi dicit ex præſcriptione acquiri utile dominium quod abſor-
305 bet uires directi. Iſta limitatio † procedit quoad præiudicium alterius perſonæ, quam alienantis, quia tunc nec expreſſa alienatio nec tacita quæ reſultat ex præſcriptione. Tertio in cuius fauorem prohibita eſt nocebit, ut not. Dec. conſi. 445. nume. 27. cum ſequẽ. per cõſi. Pau. de Caſt. 155. late Tiraq. de utroque retract. tit. 1. in uerbo Oulignagier §. 1. gloſ. 9. numero 245. tum quinque ſeq. Bal. in

l.ſi contra nu.4.C.de uſucap.pro empt.ubi dicit;quòd res prohibita(puta) per teſtatorem alienari non poteſt præſcribi,ſi quis habet cauſam a prohibito uel eius uiceſgerente, quod ſecus eſt ſi quis haberet cauſam ab alio, quia tunc poteſt præſcribi cum ſucceſſor nõ poſsit imponere legem niſi ſucceſſori ſuo ſequitur Paul.de Caſtr.in l.ea.§. ſin autem numer.7.C.comm.de leg.Par.conſil. 81.numer.
305 44.uolumi.2.Paul.ubi ſupra dicit,† quòd alienata per prohibitum non poſſunt præſcribi loquendo de præſcriptione longi temporis, ſecus autem in præſcriptione longiſsimi, quia tali caſu præſcribitur, ex quo iam præſcriptio ſtatutaria, ut pluries dixi ſit loco præſcriptionis longiſsimæ,ſucceſsiue res alienata etiam prohibita alienari per 16. annos præſcribitur Bar.in l.ubi lex. ff. de uſucap. dicit, quòd quotieſcunque prohibetur alienatio a lege uel a ſtatuto prohibetur & præſcriptio ſiue uſucapio,& dicit quòd iſta ſunt menti tenenda propter ſtatuta & ultimas uoluntates quæ prohibent rem alienari.quod dictum putat etiam extendi poſſe ad alienationem prohibitam in contractu. Iſte articulus eſt ualde difficilis & ad longum diſputatur per Imol. Alexand.Iaſ.Rip.& alios in l.filiusfamilias §. Diui de leg.1. ubi eſt materia prohibitionis

&So-

307 & Soci.in ſuis reg.reg.13.Cepol.† in tract. de uſucap.pro empt.§.ſi contra nume. 38.diſtinguit in hoc caſu aut alienatio prohibetur a lege ſiue a ſtatuto aut a teſtatore ſiue alio homine aut mixtim & expreſſe a lege & homine aut a lege expreſſe & a teſtatore tacite. Primo caſu aut res prohibetur alienari, quia non eſt in commercio noſtro, ut ſint res ſacræ & tunc non præſcribitur l.inter ſtipulantem §.ſacram de uerb.obli.Aut res non eſt in commercio noſtro niſi iuſſu Principis, ut ſunt res publicæ & tunc etiam non præſcribit niſi talis res poſsideretur ex certa principis ſcientia ac licentia expreſſa,ut not. Abba.de Roſ. in l. quoties.C. de præc. imp. off.& Mart.de Laud.in tract.de princi. priui leg.ccxlvii.de mēte Gemi.in c.licet de præb. in 6.aut res poteſt eſſe in cōmercio noſtro, ut res fiſci,& tunc etiam non præſcribitur de quo dixi ſupra limit.13.ſecundo caſu aut res prohibetur alienari ab eo,qui aliàs nō habet poteſtatem alienandi,ut ſunt pupilli & non præſcribitur,aut ab eo,qui alias poſſet alienare,ut eſt maior & tunc currit præſcriptio cō tra ipſum & contra etiam fideicommiſſarios ſcientes & patientes præſcribi. Sed Rip. ubi ſupra num.116.dicit,quòd iſto caſu præſcriptio currit contra proximos quibus compe-

tebat

tebat ius agendi non autem contra alios in gradu, qui adhuc agere non poterant, & facit quod uoluit Par.conſi.xxiii.nume.cxcix.uo-
307 lumi.j.ubi dicit† quòd in feudo ex pacto & prouidentia præſcriptio nõ noceat nondum natis & non ualentibus agere & Soc.Iun.cõſi.76.nume.xxvii.uolu.j.Anto.de Rub.in conſi.84.nume.7.& ibi per totum, & Dec.conſi.445.nume.46.Curt.iun.conſi.181.Iaſ.conſ.7.lib.3.rub.conſi,13. & Cephal. conſi.cclxv.nume.xxix. Carol.1. Tertio caſu, ut per Cepol.qui ſe extendit per octo colu. quas tranſcribere cum ſint in omnium manibus ſuperfluum eſt uide Bald. pulchre diſtinguẽtem in l.1.nume.18.C.de ſeru.& Soc.in xii. reg. fall. ii.& Alexan.conſi. 1.uolu.4.cum adduct. per Fel. in c.fi.non liceat de præſcrip.& quod dixi ſupra Paul.de Caſt.& Par.conſi.81.res prohibita alienari poſſe præſcribi, quando alienatio fit per tertium nõ prohibitum, ampliatur etiam procedere quando fit per prohibitum, ſed ignorantem, ut per eundem ubi ſupra quod maxime procedit quando alia bona prohibiti ſufficiunt ad fideicommiſſum, ut declarat Soc.conſi.49. nume.13.& conſi.75.nu.16. uolu.1. & de materia huius quæſt. uide late eundem Soc.conſi.ccli.nume.xxiii. eum ſeq.uolu.ii. ubi optimè hanc quæſtionẽ

diſcutit

diſcutit & Ioã. Anto. de Rub. conſi. 98. & Cephal. conſi. 133. nume. lxii. lib. j. & dicas quòd pendente tempore uel conditione ad reſtituẽdum tenet alienatio & ſi deficeret conditio teneret irreuocabiliter, ut not. in l. cum pater §. libertus de lega. ii. Alex. conſ. 31. uol. 3. immo etiam in quatuor caſibus tenet pendente conditione, ut eà adueniente non poſsit reuocari, ut in cauſa dotis donationis propter nuptias alimentorum & redemptionis filii ut not. Guid. Pap. deciſ. 611. per totum dicas ẽt quòd ſi res prohibita alienari alienatur, in neceſſariam cauſam ualet, & in ea procedit præſcriptio ut per Anch. conſi. 371. nume. ii. Ro. conſi. 107. Goza. conſi. 103. nu. xxi. & Gom. deciſ. 113. Vbi dicit rotam tenuiſſe quod alienatio facta per feminas abſque ſolemnitate ſtatutorum ex cauſa neceſsitatis ualet quod uerum eſt dummodo neceſsitas non oriatur ex cauſa alienantis alias non ualeret ut tenuit Rot. deciſ. 3. de pact. in antiq. Gozad. & Ro. ubi ſupra, & ideo Soc. conſi. 76. num. 5. uolu. primo dixit quod res prohibita alienari poteſt alienari in cauſa neceſſaria ipſa prohibitione & Oldradus conſi. 17. nume. 18. dicit quòd alienatio facta ex cauſa neceſsitatis prouenientis ex cauſa alienantis nõ excedit eius perſonam. Ita quòd in tali caſu non uideatur præſcrip.

præſcrip. ualida. Et hæc perpetuo tene menti quia ſunt pulchra notabilia.

SVMMARIVM.

1 *Præſcrip. regulariter non currit contra creditorem ciuiliter poſſidentem.*

2 *Poſſeſſor antiquo habenti ciuilem daturi remedium contra ſecundum naturaliter tantũ etiam bona fide poſſidenti.*

3 *In rebus corporalibus non datur præſcrip. et per mille annos ſine poſſeſſione & in incorporalibus ſine quaſi poſſeſſione.*

4 *Poſſeſſio corporalis, & actualis dicitur poſſeſſio naturalis.*

5 *Poſſeſſio ciuilis quando ſufficiat ad præſcribendum, & quando naturalis, & 7.*

6 *Fructuarius ius uſufructus præſcribitur.*

8 *In re obligata duo ſunt iura præſcriptibilia.*

9 *Ius dominij, & ius hypothecæ de per ſe poſſideri non poſſunt.*

10 *Statuta loquentia de poſſeſ. habent tantum locum in poſſeſſione uera & naturali.*

11 *Statutum requirens conſenſum propinquorũ in actibus mulierum uel minorũ uerificatur tantum in uero conſenſu & non ficto.*

12 *Qualitas requiſita per ſtatutum in aliquo actu eſt uerificanda.*

Negli-

13 *Negligens naturalem poſſeſſionem per 10. annos amittit etiam ciuilem.*

14 *Cautela pro creditoribus, ut non currat contra eos præſcrip.*

15 *Per conſtitutum transfertur utraque poſſeſſio.*

16 *Præſcriptio an currat creditori habendi poſſeſſi. ex primo decreto.*

17 *Aliud eſt poſſidere aliud in poſſeſſionẽ mitti.*

18 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto non di tur poſſeſſor declara nume. 19*

20 *Si precario poſſidens rẽ obligatam alteri uenderet non interuertit poſſeſſorem primi creditoris.*

21 *Secundus emptor per traditionem ſibi factam primo emptori non habenti conſtit. præfertur, alias ſecus.*

22 *Conſtitutum conditionale non transfert poſſeſſ. ante conditionem impletam.*

23 *Debitor non poteſt facere deteriorem conditionem creditoris.*

24 *Poſſidens precario dicitur alieno nomine poſſidere.*

25 *Inſtrumentum ſi habet executionem paratam ex pacto uel forma ſtatuti, & in eo appoſita ſit clauſula conſtituti poteſt exequi contra ſingula rem ſucceſſorem uel alium Tertium poſſeſſorem etiam eo non citato nec liquida-*

to

to negocio.

26 *Creditor habens iuſtum contradicentem non poteſt uti clauſula conſtituti.*

27 *Excep.litis pendētiæ ſuper ualiditate pacti impedit executionem.*

28 *Cautela pro tertijs poſſeſſoribus ad impediendum ne habeant clauſulam conſtituti poſſit ita de facili ea uti.*

29 *Creditori intentanti interdictum ſaluianum ſufficit docere rem ſibi obligatam fuiſſe poſſeſſam a debitore tempore contractæ obligationis.*

30 *Agens hypothecaria debet probare dominiū a principio fuiſſe penes debitorem.*

31 *Pendentia litis non impedit executionem laudi per exceptionem nullitatis.*

Si corporalem actualemque adepti non fuerint poſſeſsionem. Gloſ. XX.

REGVLARITER præſcri-
1 ptio † non currit cōtra cre
ditorem ciuiliter poſsiden
tem Fel.in cap.ſi diligenti
de præſcript. & ibi Abba.
2 ubi dicit † quòd antiquo
poſſeſſori habenti ciuilem datur remedium
contra

contra ſecundum etiam cum bona fide naturaliter poſsidētem ſequitur Par. conſ.104. nume. 128.& conſi.27.nume. 143.uolu.primo Guid.Papa deciſ.356.Tiraq.in tract.de conſt. in prima par. nume. 17. cum ſequen. habens enim poſſeſsionem naturalem tantū non poteſt contra ciuiliter poſsidentem præſcribere etiam per 40. annos ut not. Corn.
3 conſi. 16.uolu.2.maximè in rebus corporalibus in quibus non datur præſcriptio etiam per tempus mille annorum ſine poſſeſsione, & in incorporalibus ſine quaſi poſſeſsione no.Bar.in l.celſus.ff. de uſuc. & Par.d. conſi. 27.nume. 101.& conſi. 101.nu. 105.eo.uolu. & conſi. 113.nume. 26.ibi.ubi dicit quòd poſſeſsio ciuilis eſt illa quæ inducit præſcriptionem non autem naturalis, & ſic uidetur dicē dum quòd ciuilis poſſeſsio ſufficiat creditori ad impediendum curſum præſcriptionis. Afflict.de feud.tit.de contr.int.maſcul. nume.39. late diſputat hanc.q. ubi dicit quòd quando debitor ſcribit cōtra creditorem tali caſu non requiritur poſſeſsio & debitor dicitur nihil poſsidere prout etiam ſi agitur de extin.quando ſiue communitatis ſi ſunt plures patroni & unus per multum tempus non poſsidet alii dicuntur. ut in materia præſentandi actum huiuſmodi præſcribere ſiue alia

poſſeſsio-

poſſeſsione quia actio illius patroni qui neglexit præſentare dicitur extincta curſu temporis Old. conſi.254.Soci.conſi.xvi. nume. xxviii.uolu.40.Bald.conſi.298. Nec materia uolu. 1.Paris conſi.xxxii.nnme.xv.uolu.3.Ce pol.cautel.108. Inno. in c.ſi diligenti nume. 4.de præſcrip.Crauet.conſi.3.num.xx. Deci. conſi.554.nume.ii.Areti.in c.ſiue poſſeſsione de reg.iur.Alter Soci conſi. 145. numero 72.uol.1.& de promiſsis eſt ratio quia iſti patroni non præſcripſerunt uocem compatroni cum iſtud non potuiſſet fieri ſine poſſeſſione ſed præſcripſerunt actum præſentandi ſine compatrono quia illius uox dicitur non præſcripta uere ſed extincta ob nō uſum pro ut de priuilegio quod non uſu extinguitur ſed quia circa hanc materiam uertitur quædam lis in Rota in qua partes nōnullorum deſendi latius hic pro nunc non inſiſto.

Nihilominus ſtatutum urbis uult quòd creditor habeat etiam naturalem quia poſſeſ-
4 ſio†corporalis & actualis eſt poſſeſsio naturalis l.poſsideri.ff.de acq.poſſ. & l. nemo.C. eo.tit.Par.conſi.cxlv.nume.6.uolum.4.Bald. conſi.338.præmittendum eſt ad audientiam quòd duplex uolu.5.ubi dicit quòd poſſeſsio corporalis dicitur naturaliſsima. Immo uult ibi quòd ſtatutū loquens de poſſeſsione intelli-

telligatur de naturali per glo.in l. ſtipulatio iſta §.hic quoq; ff.de uer.ob.& ideo cum penes creditorem ſit tantum ciuilis,currit præſcriptio in fauorem debitoris habentis corporalem,Pratica Pap.in tit.reſpon.rei §. præſcriptionis nume. 23.uidens aliqualem difficultatem circa hunc articulum, de quo per Din.in c.ſine poſſeſsione de reg.iur. & Iaco. But. in §.æque inſti.de Act. credit poſſe ſic dici
5 †aut quæritur de præſcriptione directi dominii,uel utilis abſorbentis uires directi, aut quæritur de præſcriptione utilis dominii,uel alterius iuris quòd cognoſcit directum dominium,& primo caſu ſola ciuilis poſſeſsio ſufficit.l.ſerui & l.filii.ff.de fur.l.de acceſsionibus ff.de diuer.& temp.præſcrip. nec ſola naturalis ſufficeret.l.acquiritur §.fi.ad exhibendum l.Celſus §.Iulianus de acq. poſ. ſecundo autem caſu ſola naturalis ſufficit ad præſcri-
6 ptionem,ut patet in fructuario † qui ius uſufructus preſcribit,ut per Doc.in l.fi.C.de preſc.long.temp.& tamē ſolum naturaliter poſſidet.l.naturaliter.ff.de acq. poſſ. & hoc quidem patet in ſuperficiario,feudatario,& emphiteota,qui naturaliter tātum poſsident ut notatur in l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.ff.de dam.infec.dum autem Iac.But.uult utranque poſſeſsionem requiri ad præſcriptionem, &

T quòd

7 quòd ſola ciuilis non ſufficiat, † poteſt procedi ut per Ferar. ubi ſupra, quando naturalis eſſet per alium occupata, quia tunc fieret interruptio. d. l. naturaliter, ubi autem non eſt naturalis ab alio occupata tunc ſufficit ciuilis, quæ trahit ad ſe naturalem per alium non occupatam, & ideo abſens præſcribit per l. peregre cum ibi nota, ff. de acq. poſſ. Ego ulte-
8 rius conſiderabam † quòd in re obligata duo ſunt iura præſcriptibilia, ut nota. Bald. in con ſi. 477. recolo me uolum. 5. uidelicet unũ ius dominij ſeu rei uẽdicationis, aliud pignoris, ſiue hypothecæ, & utrunque ius eſt in re immobili, & corporali, ut not. Cin. in l. corruptionem in 2. q. C. de uſucap. cum add. per Bald. in d. conſi. 477. ſi nos uolumus conſiderare quodlibet ius de per ſe, uidetur dicendum quòd ſtatutum noſtrum non poſsit ad illud applicari, quia ſtatutũ loquitur de rebus quæ poſsideri poſſunt actualiter, & corporali
9 ter; Sed ius † dominij, & ius hypothecæ de perſe, tãquam incorporalia non poſſunt poſſideri. quia in eis non cadit niſi quaſi poſſeſſio, l. ſi ſeruus. §. incorporalia. ff. de acq. rer. do mi. Din. in d. c. ſine poſſeſsione nume. 3. & late Mil. in reper. in uer. præſcriptio, & ſic habenti ius dominii, & hypothecæ de per ſe nõ prodeſſet ſtatutum, quia eſſet conſiderare res

in abſtracto quæ poſsideri non poſſunt,& ſta
10 tuta loquentia † de poſſeſsione habent tantum locum in poſſeſsione uera & naturali, ut per Alex.in l.3.in prin.de acq.& poſſ.& Goz.
11 conſi.35.num.8.ubi dicit † etiam quòd ſtatutum requirens cōſenſum propinquorum in actibus mulierum uel minorum uerificatur tantum in conſenſu uero & non ficto,& licet Tiraq.in tract.de conſtitu.par.2.ampliat.30 nume.32.& ampliat.32.nume.primo & 2. dicit contrariam opin. eſſe ueriorem non poteſt ſaltem uerificari in ſtatuto urbis propter illa uerba corporalem,actualemq́; poſſeſsionem,quæ non poſſunt uerificari in actu ficto per ea quæ ſupra dixi, Et ideo poſſumus dicere aliam opin. procedere quando ſtatutum ſimpliciter loquitur de poſſeſsione, ſecus quā
12 do qualificate, quia illa † qualitas uidelicet poſſeſsio corporalis & actualis eſt uerificanda ut per Soc.conſi.22.& 55.uolum. primo, & Gozad.conſi.35.nume.16. Si uero conſideramus res ipſas prout ſunt corporales, & immobiles in concreto quia poſſunt poſsideri ſimiliter,& ius dominij,& hypothecæ,quando in concreto cum ipſis rebus conſideratur, & ideo ſi res ipſa in qua concreto ineſt hypotheca non poſsidetur,non cadit præſcriptio, etiam ſi quis haberet ius ipſum tantum,quia

inquit Barto.in l.naturaliter in fin. ff. de uſucap.quem ſequitur Bald.in d. conſi. 477. adhoc ut quis præſcribat actionem in rem ſiue hypothecæ,requiritur poſſeſsio præſcribentis quia aliter non datur actio realis, niſi detur & poſſeſsio ipſius rei obligatæ,& recte ſtatutum urbis noluit præſcribi contra ciuiliter poſsidentem ſpacio 16. annorum niſi etiam naturaliter poſsideat, quia etiam de iure cōi
13 ſi quis † negligit naturalem poſſeſsionem per 10.annos amittit etiam ciuilem, ut nota in d.c.ſine poſſeſsione numer.32. & Fel.in c.uigilanti de præſcript.& Bald.in conſi.292. dicunt Cyn.& Petr. & conſi. 325. dubitatur uolu.primo. & ſic habemus præſcriptionem currere contra creditorem naturaliter non
14 poſsidentem;& ideo Ferrar.† in praxi in forma in actione hypothecaria §. & exceptione dicit quòd quando creditores contrahunt & remanet debitor in poſſeſsione utile eſt quòd faciant debitorem conſtituere ſe poſsidere nomine ipſorum,quia per huiuſmodi conſti
15 tutum † transfertur utraque poſſeſsio ut nota.Bar.Alexā.& alij in l.Interdum §. qui alienam & Alex.in l.quod meo num.17.ff. de acqui.poſſ.& Nicoſ.in tract.de pign.par.6.20. 2. nume. 2. ſequitur hanc opinionem quòd creditori currat præſcriptio in hypothecaria

ſi non

ſi non poſsidet pignus per conſi.Corn.20. uo
16 lum.primo.Sed poteſt dubitari quòd † ſi cre
ditor haberet poſſeſsionem ex primo decre-
to an curſus præſcriptionis impediatur, & ui
17 detur dicendum quod non quia † aliud eſt
poſsidere,& aliud in poſſeſsionem mitti, ut
not.Dec.Alexand.conſil.83.nume.7.uolum.
2.& Ancha.in cap.conſultationem de off.de
leg. ſtatutum enim requirit quòd poſſeſsio
18 ſit penes creditorem,& tamen qui† eſt in poſ
ſeſsione ex primo decreto,non dicitur poſſeſ
ſor ſed cuſtos,quia poſſeſsio remanet penes
debitores omnes in l.ſi finita. §. Iulianus. ff.
de dam.infe.& in l.3.§.genera de acq.poſſeſſ.
Ancha.in cap. contingit de dol. & contum.
Petr.de Groſſ.patr.in tract.de primo & ſecun
do decreto, Anch.in cap.tuæ num.4.& in ca.
quoniam §.ſi autem num.9.ut lit.non conte-
ſta.& ſic uidetur quòd creditor qui fuit miſ-
ſus in poſſeſsionẽ ex primo decreto non poſ-
ſideat, Immo quòd nec interrumpat præſcri
ptionem ut not. Paul. de Caſtr. in l. miſſo ff.
pro emp. & in l.ſi legatorum ff. pro hæred.
19 Alij autem † & fere communiter in allegatis
locis diſtinguũt,aut quis mittit in poſſeſsio-
nem actione perſonali aut reali, Primo caſu
quis non dicitur poſſeſſor;Secundo uero ſic,
ut late Alexand. in d.l.ſi finita nume. 104. &

Ancha.in d.cap.quoniam §.in alijs nume. 6. ut lit.non conteſt.ubi dicit quòd talis poſſeſſor dicitur bonæfidei & præſcribit inter præſentes per 10.ann.& 20. inter abſentes l. generaliter ff.de Noxal. Multa eſſent notanda circa materiam primi,& ſecundi decreti,ſed quia hoc non agimus,dicendum eſt ut ego dixi in gloſ.uel ſi interruptam præſcriptionem, uer.interrumpitur etiam quando debitor,ubi tenui ꝙ per miſsionem ex primo decreto interrumpatur præſcriptio quia non poteſt fieri ſine citatione,quæ ſola ſufficit ad interrumpendam præſcriptionem,ut latius ibi.

Sed quia dixi ſuperius utile eſſe creditoribus quod faciant debitores conſtituere ſe precario nomine poſsidere , Notandum iſtud
20 ita eſſe uerum quòd ſi † precario poſsidens rem obligatam alteri uenderet, non propterea curſus temporis operatur cõtra primum creditorem, ut per Bald.conſi.369.uenditor conſtituit uolum.5.quia per conſtitutũ quis efficitur illico uerus Dominus & poſſeſſ.l.cũ meo de acq.poſſ.l.ab emptore de pact. Idem Bald.conſi.325.conſi.430.lib.primo & Tiraq.de conſtitu.in 7.par.limit.21.numero. 4.
21 Hinc† declaratur quòd dicitur ſecundum emptorem per traditionem ſibi primo factam præferri primo emptori l.ſiue autem §.ſi duo

bus

bus,ubi doct. ff. de publi. quia illud procedit
quando primus emptor non poſſediſſet per
conſtitutum per ea quæ ſuperius annotaui.
& not. Beltr. conſilio cccxxxij. uiſo caſu lib.
primo, & Ferrar. in praxi ubi ſupra, uel
22 quando † primus emptor haberet conſtitutum conditionale & ante conditionem uenditor alteri uenderet, & traderet quia 2. emptor præfertur; Ita quòd primus non poſsit agere interdicto recuperandæ, ut per Gozad. conſi. 28. num. 36. cum ſeq. & ideo ſecundus emptor tali caſu per traditionem rei præfertur primo emptori nō habenti conſtitutum, uel illud habenti conditionale, alias ſecus, quia nititur ex dominio debitoris & tanquā habens cauſam ab ipſo debet re empta uti cū ſua cauſa, ſuiſque uitiis. l. cum res. C. ſi aliena res pign. data ſit, quia non debet eſſe melioris conditionis quam uenditor. l. nihil. §. non debet, ubi late Dec. & Cag. de regu. iur. nec
23 † debitor poteſt facere duriorem & difficiliorem probationem creditoris l. iniquiſsimum C. de iur. & fact. ign. in ter. Bald. conſi. 466. ad intelligentiam huius materiæ uolu. 5. ubi dicit iſtud etiam procedere ſi fiſcus eſſet ſucceſſor debitoris de mente Iaco. de Butr. in l. ſcripturas. C. qui pot. in pig. & facit, quia talis de
24 bitor † qui poſsidet præcario, poſsidet nomi

ne alieno & non proprio, ut not. Anto. de Butr. in cap. fin. numc. 37. de ca. poſſ. & prop. & Bar. in l. interdũ in prin. de acq. poſſ. quos allegat Mil. in repert. in uerb. poſſeſsio ſeu quaſi quando eſt præcaria fol. 167. colu. 2. & ideo cum quod alienum eſt tanquam ſuum uendat nihil facit, Crauet. conſi. 71. nume. 3. Bald. conſi. 369. lib. 2. & in terminis propriis huius quæſtionis tenuit Afflict. deciſ. 139. per totum, ubi reſpondet ad omnia cõtraria quæ allegari poſſent, uide nihilominus etiam eundem in deciſ. 40. per totum, Ferrarius in praxi in reſpon. rei. §. præſcriptione num. 15. diſputat hunc articulum & tenet contra Bal. ſed opinio Bald. uidetur eſſe uerior, & facit quia
25 †ſi inſtrumentum habet de iure uel ſtatuto, uel pacto executionem paratam, & ſimul continet conſtitutum uel prçcarium poteſt exequi contra ſingularem ſucceſſorem uel aliũ tertium poſſeſſorem etiam eo non citato & negocio non liquidato. Immo talis creditor poteſt propria auctoritate per uim contra quemcunque poſſeſſorem & hominem mundi non citatum ingredi rem occupatam, quia actus iſte creditoris dicitur potius defenſio quam occupatio l. cum fundum cum ibi not. ff. de ui & ui arm. Bar. in l. creditores 4. 9. C. de pigno. Franc. Aret. conſi. 22. ſi diligenter

&

& mature in tertio dubio Gozad. conſil. 28. nume. 18.& conſi.42.& Soc.conſi.82.nume. 3.uol.3.quod maxime procedit quando contradicens non habet iuſtam cauſam contradicendi,quia ſi poſsideret & creditori reſiſte-
26 ret,tunc†creditor exiſtente aliqua cauſa in contradicente non poteſt uti beneficio clauſulæ conſtituti nec pacti executiui arg.l. non ab re.C. unde ui & ita Bar. in d.l. creditores colu.6.& ibi Salic. & ſic dicit Soc. conſi.78. num.7.eod.lib.3. ubi dicit etiam quòd dicta clauſula cõſtituti & pacti executiui redditur dubia & obſcura ſi ſuper ea intentatur iudicium,& ideo non debet exequi,ut per Bar. in l.creditores,& in iſtis duobus caſibus poſſet procedere opinio Io. Ferr. qui tenet contra
27 Bald.&alios ubi ſupra,quia uerum eſt†quòd exceptio litiſpendentiæ ſuper ualiditate pacti impedit quominus quis poſsit uti executione ſibi ex pacto conceſſa,ut not. Bar. in l. 3.§.ſi ſeruus de acqui.poſſ.& ibi per Iaſo.nu. 8.cum ſeq.Alex.& alios uide Bal. & no. per eum in l.nullo titu.nu.9.C.de rei uend. eſſet
28 †cautela pro tertiis poſſeſsionibus ad impediendam executionem inſtrumenti guarentigiati & clauſulam cõſtituti habentis,ut negarent in iudicio illam rem quam creditor eis uigore ſui conſtituti uult auferre,non fuiſ

ſe

ſe in bonis ſui debitoris tempore ſuæ obliga tionis, quia tali caſu fit lis ſuper ualiditate cō ſtituti, & creditor non poteſt aliquid innouare, niſi prius doceat quòd illa res ſibi obligata erat in dominio debitoris ſui tempore obligationis uel ſaltem poſt, ut Barto. & communiter omnes in l. rem alienam de pignor. act. & communiter omnes in l. cum res C. ſi alie. res pign. dat. quia poſſeſsio non acquiritur per conſtitutum factum ab eo, qui non poſsidet, ut no. Boer. conſi. 18. nume. 3. Bello. conſi. 34. nume. 6. deciſ. conſi. 247. nume. 3. & Alexā. conſi. 10. nu. 2. lib. 4. Anto. de Butr. in c. fin. col. 24. de ca. poſſ. & ibi Rip. num. 61. uerſi. quia is & Abb. in c. cum ueniſſent col. 5. de reſtitut. ſpol. quem allegat Mil. in Repert. in uerb. poſſeſsio ſeu quaſi iurium in corporalium fol. 2. & Gozad. conſi. 42. num.
29 8. niſi creditor † niteretur actione interdicti Saluiani, quia tunc ſufficit probare, quòd tēpore obligationis contractæ debitor erat in poſſeſsione licet dominium forſan non haberet, ut per Bart. in d. l. rem alienam & dicitur in l. 1. C. de ſalu. interd. & in l. 1. ff. eod. & in
30 terminis de utroque caſu uidelicet † de agente hypothecaria qui tenetur probare dominium a principio & agente Saluiano interdicto qui tantum tenetur probare poſſeſsionem,

nem,ut ſupra tenuit Soc.conſi. 112.per totū uolu.4.Plat.in l.ſi prius.c. de iur.fiſ.lib.10. & Bal.conſi.36.uolu.1.

Sed quia iſtud dictum de probã. dominio in hipothecaria non eſt ſimpliciter uerū, ut dicit Din.in c.itē Seruiana inſtit. de act. diſtinguen.Nam aut agitur hypothecaria directa & tunc ſemper probandum eſt dominium,aut agitur utili.& tunc aut agitur contra ipſum debitorem uel eius hæredem aut contra tertium. ſi contra debitorem ſufficit probare debitorē bona fide poſſediſſe, quia non licet debitori obliganti referre quæſt. Dominii L.ſi inter colonū §.1.ff. de pigno. aut agitur contra tertium, & tunc aut tertius habet cauſam a debitore aut nō.ſi habet cauſam Iac. Bald.tenet quòd idem ſit quod in debitore l.quod ipſis l. in omnibus §. debeo.ff. de reg.iur.uerum circa hoc aliqui dicunt ꝙ ſi talis poſſeſſor uellet uti poſſeſsione tãtum ex perſona ſua non eſt idem. Iac. de Are.d.l. res diſputat hanc 4. & refert diuerſas quæſtiones & tandem diſtinguit quòd aut,tertius ſingularis ſucceſſor habet cauſam legitimam aut non, ſi non habet cauſam , aut creditor agit ad rem aut ad poſſeſsionem.ſi agit ad rē, neceſſe eſt ut probet rem fuiſſe in bonis debitoris,id eſt debitorem poſſediſſe rem cum

titulo

titulo & bona fide, alias ſi agit contra tertiũ non habentem cauſam debet probare duo. ſi uero agit ad poſſeſsionem aut creditor erat talis quòd ei omnia bona erant obligata, & tunc aut debitor poterat auocare ſecundum quod dicitur in l. cum notiſsimi. §. pen. & l. fin. Vnd. ui. tunc quia in generali obligatione uidentur obligata etiam iura & actiones l. in eorum ff. de uerb. oblig. creditor probando ſolum de poſſeſsione debitoris poterit agere, aut contra debitorem debitoris ſui ex generali obligatione cum modo debitor ſuus ſit credere poſsidentis l. creditores de uerbo. ſigni. repetit poſſeſsionem actione illa utili, quæ debitori directo competit, uel actione utili Hypothecaria l. gregẽ §. 2. ff. de pigno. aut debitor non poterat auocare, & tunc creditor non poterit agere de poſſeſsione tantũ debitoris cum ſit extincta l. Pomponius §. penult. ff. de acq. poſſ. De poſſeſsione autẽ poſſidentis agere non poteſt, quia non eſt obligata, ſic Iac. de Are. ubi ſupra.

Io. Anto. de Anan. conſi. 50. nume. 8. & ibi
31 Bologn. num. xi. † tenet quòd pendentia litis non impediat executionem laudi per exceptionem nullitatis, etiam ſi per uiam principalis petitionis intentaretur nullitas laudi ad not. per Imol. in c. cum in iure peritus ſuper

glo.

glo.1.magna de off.de leg.Prima opinio uidetur magis cõmunis, niſi diceremus iſtam ſecundam opinio. procedere quando clare conſtat de calumnia opponẽti nullitatem, ad illud autem quod dixi utile eſſe creditoribus, ut faciant debitores conſtituere ſe eorum nomine præcario poſsidere, dicas quod male iuſsit, ut omittatur illud uerbum præcario, quia per huiuſmodi nomen appoſitum in cõtractu transfertur tantum ciuilis poſſeſsio.l.& habet §.eum qui ff. de præcar. ex ſimplici autem conſtituto transfertur utraque,ut per multa inſtit,Capicius deciſ.14. nu.16.& ego credo quod habens clauſulam præcarii non poſsit ea uti contra tertium poſſeſſorem propria autoritate ad not.per doc.in c. cum ueniſſent de reſtitu.ſpol.& doctrina Iaſ. & aliorum in l.clam.§.qui adnundinas de acq.poſſeſ.quod habens ciuilem poſsit capere naturalem,procedit quando naturalis eſt uacua, alias ſecus ut ibi per eos tu tamen cogita & uide eundem Capic.deciſ.182.num.8.tenentem primam op.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio pluribus modis interrumpit & numero 81.*

Citatio

2 Citatio ſola interrumpit præſcriptionem ſtatutariam fallit nume.3.4.5.6.declara num. 10.amplia nu.27.

4 Citatio cõtinens talia quòd facile reus inſtrui poteſt habet uim litis conteſtatæ & nu.9.

7 Inhibitio emanata a iudice non cõpetenti non eſt timenda.

8 Reus comparens in iudicio purgat omne uitiũ citationis.

11 Citatio cui fuit renunciatum non interrumpit præſcriptionem, amplia nume.12.& 13. contra nume.14.

15 Præſcriptio interrupta citatione inchoanda eſt a principio, interrupta uero litis conteſtatione perpetuat actionem ad 40.an.

16 Præſcriptio nõ interrumpitur per litem fraudolenter ad effectum interrumpendi conteſtatam.

17 Ex interruptione præſcriptionis non interrumpitur effectus præcedentis tituli.

18 Citatio emanata ad inſtantiam perſonæ minus legitimæ nõ interrumpit præſcript. amplia nume.19.& 20.

21 Citatio habetur pro legitime facta contra eũ, qui prohibet ſe citari, limita nu.xxii.declara.nume.xxiij.

24 Proteſtatio in impedito habetur pro petitione, & interrumpit præſcriptionem.

Reus

25 *Reus occultans ſe,ut non citetur poteſt citari domi dimiſſa copia.*

26 *Qui habet plures habitationes debet citari ubi frequentius habitat.*

28 *Per ſolutionem unius nummi interrumpitur præſcriptio.*

29 *Sequeſtrum factum de conſenſu in manu creditoris interrumpit præſcriptionem.*

30 *Præſcriptio interrumpitur per miſſionem executoris.*

31 *Petitio partis interrumpit præſcript. quo ad totum ſi eo nomine agatur.*

32 *Agens per modum exceptionis interrumpit præſcriptionem.fallit numc.33.*

34 *Excipiens non dicitur petere.*

35 *Per exceptionem ſpolationis interrumpitur præſcriptio.*

36 *Per dationem fideiuſſoris interrumpitur præſcriptio.*

37 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto interrumpit præſcriptionem.*

38 *Non poteſt ad primum decretum deueniri ſine citatione.*

39 *Miſſio in poſſeſſiõe ex primo decreto eſt actus fori contentioſi.*

40 *Locatio facta in nomine meo,& a me ratificata impedit præſcrip.& quæſtus incepta ſit eam interrumpit.*

Locans

41 *Locans rem aliquam nomine meo non ſemper dicitur retropoſſediſſe meo nomine.*
42 *Titulus locationis probat poſſeßionem tãtum inter contrahentes.*
43 *Debitor legans creditori dicitur interrumpere præſcriptionem, declara nume.xlv.*
44 *Debitor legans creditori præſumitur legare animo compenſandi, declara.nume.xlv.*
46 *Qui tenetur aliquam dotare ei legando dicitur legare animo compenſandi.*
47 *Legans illud quod erat ab alio ſoluendum an dicatur legare animo compenſandi.*
48 *Defectus ſuperueniens an & quãdo interrumpat præſcriptionem.*
49 *Malafides ſuperueniens an interrumpat præſcriptionem.*
50 *In omnibus caſibus in quibus interrumpitur præſcriptio coram iudice procedit et iam coram arbitro, fallit nu. 5.*
52 *Per acta facta coram arbitratore non interrũpitur præſcriptio, fallit nu.54.*
53 *Tranſactio non eſt modus interrumpendi præſcript.*
55 *Arbiter deæquo et bono an poſsit reiicere exceptionem præſcriptionis.*
56 *Dilatio quinquennalis ſiue moratoria interrũpit præſcript. declara nu. 63.*
57 *Allegans diſpenſationem ſuper natalibus uidetur*

uidetur confiteri pari originaliter defe-
ctum.
58 Opponens compenſationem debitum fateri uidetur.
59 Agens pœnitentiam uidetur fateri delictum.
60 Debitum cognoſcitur pluribus modis & nume.62.
61 Execrabilis probatur per confeſſionem.
64 Dilatio conceſſa debitoribus an competat fideiuſſoribus.
65 Priuilegium debitoris quando faueat fideiuſſori nu.68.
66 Priuilegium conceſſum debitori cruce ſignato non competit fideiuſſori non cruce ſignato.
67 Qualitas informat ſubiectum.
69 Reus ſi comparet in iudicio & accipiat defenſionem fideiuſſoris priuilegium rei proderit dicto fideiuſſori alias non, nec interruptio per eum facta.
70 Dilatio moratoria non extenditur ad debitum iuratum,
71 Nec ad debitum ex delicto.
72 Dilatio moratoria incipit currere a die data, & non a die præſentationis.
73 Dilatio moratoria non extenditur ad debita futura.
74 Præſcriptio an interrumpatur uel elida-

tur per reuocationem donationis factæ debitori in illis caſibus in quibus datur reuocatio.

75 Actio ſemel extincta quando reuiuiſcat.

76 Creditor ſi habuerit debitorem ſibi obligatum cum hypotheca & iſte creditor donauerit debitori deinde ob ingratitudinem reuocauerit non amplius recuperdt hypothecam.

77 Reſtitutio facta ob gratiam iam extinctam non trahitur retro ad tempus primæ conceſſionis.

78 Creditor poſterior refertur anteriori cum ius anterioris deducatur ineſſe poſtquam deductum eſt ius poſterioris.

79 L.ſi unquam C.de reuoc.don.de iure communi præſcribitur ſpacio 30.an.

80 Exceptio præſcrip.poteſt elidi per replicationem reſtitutionis in integrum.

82 Interruptio præſcript.facta per actus naturales prodeſt omnibus ſecus per ciuiles, quia prodeſt tantum interrumpenti.

83 Interruptio facta contra unum ex reis debentibus nocet omnibus.

84 Præſcriptio dormit tempore hoſtilitatis & incarcerationis, peſtis ac mortalitatis 85. & tempore feriarum repentinarum numero. 92. & propter paupertatem, ut nume.

me. 94.limita nume.86.declara 88.& 93. & 96.

87 *Impedimentum quod de facili poteſt tolli non excuſat.*

89 *Presbiter abſentans ſe a beneficio requirente reſidentiam propter aeris corruptionem non poteſt priuari beneficio.*

90 *Impedimentum neceſſarium excuſat, niſi extet proteſtatio de eo fallit nu. 91.*

93 *Probatio impedimenti ſpectat ad inſtantiam.*

95 *Paupertas excuſat a deſertione cauſæ.*

97 *Aſſerens ſe fuiſſe tempore actus pauperem ſi ad præſens ſit diues debet docere quod diuitiæ ſuperuenerint.*

98 *Obedientia & metus iuſtus impedit curſum præſcript.*

99 *Procurator creditoris an & quando poſſit interrumpere præſcript.*

100 *Procurator ad exigendum poteſt in iudicio agere.*

101 *Procurator ad exigendum non poteſt ſubſtituere.*

Vel ſi interruptam præſcriptionem. Gloſ. XXI.

1 PLVRIBVS modis † interrumpitur præſcriptio ut late per Doct.in l.nemo poteſt de leg.primo, & pri
2 mo præſcriptio † ſtatutaria interrumpitur ſola citatione,ut per Rip.in d.l nemo poteſt nume. 118.Bart.& Ang.in l.in omnibus.ff.de act. & oblig.Bald.Ange.Soc.Iaſ. & omnes in l. fin. ff.de eo.per quem fact.ie.Abb.& Fel.in cap.illud de præſcript.& Rom.conſi.29.Bald.conſil. 286. ſuper primo puncto uolum.primo, Soc.conſi.304.uolum.2,Ang.poſt Bart. in l. 2.§.ſi in rem.ff.pro emp.Pir.Angleb.in Aure. conſtitut.in titu. de poſſeſsio. ca.3.Vbi atteſtatur de communi Hip.de Marſil.ſing. 291. & 346.& licet Imola in d.l.ſi in rem,& Salic. in l.fin.C.de præſcript.30.ann.uideatur uelle ſubuertere commune dictum quibuſdam limitat.nihilominus ab omnibus reprobantur ut late per Claud. Seiſella in l. naturaliter de uſucap. Et ſic habemus primò quòd ſola citatio interrumpat præſcriptionem ſtatutariam.

3 Fallit † iſtud commune dictum ſecundum Felyn.in d.c.Illud nume. 2.de præſcript.ſi ſtatutum imponeret ſilentium non petenti, quia ad eam interumpendam non ſufficit citatio

cum

cum qui citat non petat ſed petere intendit l. amplius ff. rem rat. hab. Iſta fallentia Fely. limitatur a Saliceto in d.l.fin. C. de præſcript.
4 30.ann.non procedere † quando in citatione talia eſſent expreſſa quod facile reus inſtrui poſſet ſuper quibus conuenitur, quia talis citatio habet uim litis conteſtatæ ut per Imo. in clemen.ij.ut lit.pend.& ibi uterque Car. & Rom.conſil.ccclxix. Immo Bald.in conſilio ccccxix.proponit quòd iam uolum. ij.dicit ulterius ſpeciale eſſe in citatione ut licet generalis ſit interrumpat præſcriptionem, quia citans uidetur omne ius ſuum intẽtaſſe l.ſi quis intentione.ff.de Lud.Tiraq.in tract.de utroque Retract.in uerb.adiournement.§.8. glo. ij.nume.6.Videtur in hoc dictum Bald.impugnare per ea quæ not.Bart.& alij in l. fin. C. de ann.except.poteſt itaque dici retenta opinione Salic.quod ſi citatio ſit talis ut per eam reus poſsit inſtrui, interrũpatur præſcriptio, alias procedat dictum Felini.

Vel dicas quòd eius opinio procedat in caſibus in quibus non requiritur litis conteſtatio, quia tunc ſola citatio interrumpit. Roman. in l. 1. nume. 7. de arbit. & late Aret. conſi.xxix.

5 Fallit † etiam commune dictum ſi in termino cita[illegible] actor non compareat, not. Bal.

pacif.poſſeſſ.in uerb. iudicio Oldr. in conſil. ccliij.Car.in cap.quamuis de For.comp. nume. 10.& Par. conſi. cviij. uolum. primo ubi
7 dicit † quòd inhibitio emanata a iudice non competenti non operatur & non eſt timenda idem in conſil.xxxij.uolum. iij. per totum Rot.deciſ.6.& 9. de dol.& contum. in nota. Mohed. deciſ. lxxxv . in primo quinterno Ale.conſi.8.lib.4.& idem Par.conſi. 172. nu. xiij.uol.4.

Quod ultimo dictum uerum eſſet ſi litis conteſtatio fieret per negati onem, ſecus autem ſi per confeſsionem, quia per talem confeſsionem interrumpitur præſcriptio dummodo confeſsio non ſit facta in actu prohibito, ut dicit Bald.in l.ſi pater C.de ſtat. def. & l.atqui natura §.cum me ff.de neg.geſt. Plat. in l.militibns.C.de decur.lib.10. Sed ſi actor in tali inſtantia ſuccumberet data etiam eius inualiditate, nihilominus propter hoc nõ dicitur interrupta præſcriptio Felyn. in c.illud de præſcript.late Tiraq.de citr.rect.in uerbo dedans lan.glo.10.num.8.& in uerb.le retraitant.fi.nume.27.

8 Limitatur iſtud † dictum de citatione inualida non procedere quando reus citatus comparet in iudicio, quia per eius comparationẽ omne uitium purgatur l.prima in gloſ.ſentẽ-

tia ualebit & ibi Bald. Alexand. Alb. de Roſ. Iaſ. & alij .ff. de Fer. Fel. in d. cap. illud nume. 8. de præſcript. & in cap. ex tenore de reſcrip. Dec. conſi. clxxxvij. & conſi. ccccxlix. Alexan. conſi. 123. lib. 2. Affiict. deciſ. 2. nume. 7. Fely. in cap. gratum nume. 4. de off. de leg. multa coaceruat Tiraq. de utroq. Retract. in uerb. aſon domicile §. q. gloſ. 2. numero 17. cum ſe
9 quen. quod procedit † etiam quando citatio fuiſſet nulla, ſed conſtituiſſet reum in mala fide, ut quia adeo informauit cũ ut ſuperius dixi de mente Salic. quòd propter malamfidem conſtituatur in peccato, & ideo interrũpitur prꝭſcriptio ut not. Fel. in d. cap. illud nume. 7. & ibi Abb. Ant. & Butr. Idem Ant. in c. ut debitus de appell. & Abb. conſi. 114. & ꝙ
10 dixi † primo per citationem inualidam non interrumpi præſcriptionem illud uerum eſt ſi citatio fuit nulla ab initio uel ex defectu iuriſdictionis uel alio defectu, ſecus ſi ex poſt facto & per lapſum inſtantiæ uel alterius cauſæ annulletur, quia tunc durat interrumptio & quatenus habet uim litis cont. perpetuatur actio gloſ. in l. properandum §. & ſi quidem in uerb. iudicij & ibi Bar. Bald. Ang. Salic. quòd Pau. de Caſt. C. de iud. Cum. conſi. 92. Dec. in l. ædita nume. 55. C. de eden. & late Tiraq. de utroq. Retract. in uer. de danſ. Lan. §. primo

gloſ.

gloſ.9.nume.82.uide cap.deciſ. 11.nume. 4. cum ſeq. Et iſta ſublimitatio eſt iterum ſub
11 limitanda pluribus modis.pri.†non procedere quando partes renunciaſſent liti in totum & cauſæ ut not.Fely.in cap.cauſamque il primo nume.28.de teſt.Bald.in l.nam & ſi §.primo de inoffic. teſt. Tiraq. ubi ſupra in d.uerbo.adiournentent gloſ.3.num. 15. Vbi dicit quòd citatio cui renunciatum fuit non interrumpit præſcriptionem,ſequitur Dec.in d.l.
12 ædita nume.56.Sublimitatur † etiam nō procedere quando cauſa eſt perempta negligentia actoris, quia tunc citatio etiam legitime facta nō interrumpit pręſcriptionem, ut per Felyn.in d.cap.cauſamque nume.28.per glo. peregrinam in cap.placuit.§.præſcriptionem uerb.interrupta 16.q.3.Cur.Iun.in d.l.ædita
13 nume.92.& ibi per Riminal.& alios:Duas†alias limitat.ad hanc primam ponit Felyn. in d.cap.cauſamque uidelicet,quando pronunciatum eſt libellum eſſe ineptum, & quando agitur quoad diuerſas perſonas & iſtas limitationes ſequuntur Dec.& alij in d.l.ædita & Soc.in l.fin.nume.16 ff.de eo per quem fac.
14 ie.Sed†meo iudicio non uidentur ueræ, quia ſi per citationem legitime factam interrumpitur præſcriptio uel pereat cauſa,uel non, mihi uidetur quòd præſcriptio non habeat lo-

cum

15 cum, quia† præſcriptio quæ interrumpitur ex citatione eſt inchoanda a prin. & attento ſtatuto urbis requirit nouum tempus 16. anno. Si uero præſcriptio interrumperetur litis conteſt. tunc perpetuatur actio ad tempus requiſitum de iure communi ad præſcribendũ, Socin. in d. l. fin. & ibi Iaſ. & cæteri de eo per quem Fac. & Doct. in l. ſicut C. de præſcrip. 30. ann. & Bald. in cap. illud nume. 9. de præſcript. dicit quod interrupta præſcriptio differt ab ea quæ dormit, quia quæ interrumpitur de nouo tantum tempus requirit, ſed quæ dormit excitatur ad curſum ſuum & extremitates coniunguntur. Immo Imol. & Ant. in d. cap. illud uidentur uelle quòd præſcriptio ſemel interrupta non poſsit amplius inchoari, quia lite conteſt. poſsidens de iure canonico præſumitur habere malam fidem cap. primo 16. q. 3. & uidetur talis de ſuo iure titubare. l. nemo. C. de acqui. poſſ. Sed iſtud dictum in rei ueritate communiter reprobatur, quia ut uoluit Abb. ibi per præſcript. interruptam lite conteſt. actio perpetuatur ad 30. ann. quod etiam uoluit Guid. Pap. deciſ. cccc xvj. nume. vj. & Bart. in l. cum notiſsimi. C. de præſcrip. 30. ann. & Doct. omnes in d. l. properãdum §. ſi quidem C. de iud. & Petr. Duenas de reg. iur. reg. 6. limi. 3. & late circa hoc Rod.

Suarez

Suarez.in l.poſt rem iudicatã in 2. notab. nu. 3.ff. de re iud.in conſi.

Claud. ſeiſſellus in l. naturaliter numero xxvj.de uſucap.ponit hãc q. & dicit quòd opinio Abb.eſt communior,ſed alia eſt de iure uerior ſubdens indubitanter procedere quando ſola litis conteſtatio interueniſſet abſque aliqua probatione. ſed quãdo alia adminicula concurrerent ut puta quòd producta eſſent aliqua iura ex quibus reus conuentus poſſet argui de ſcientia ueritatis,tunc & opinio Anto.de But.& Imol.eſſet ſequenda & in ſpecie in materia ſtatutorum.Idem ubi ſupra numero 25.& Ioan. Annibal. ibi numero 284. ubi facit etiam aliam diſtinctionem uidelicet ſi poſsidẽs eſt bonæ fidei per interruptionem perpetuatur actio ad aliud tempus requiſitum a ſtatutis ad præſcribendum,ut in ſtatuto urbis per talem interruptionem perpetuatur actio ad alios 16.annos. ſi uero poſſeſſor eſt malefidei,tunc perpetuatur ad 40. annos.

Conſidera,& ideo dum dicitur ſuperius præſcriptionem non interrumpi perempta cauſa uel quando pronunciatur libellum eſſe ineptum,dicendum eſt,non quòd prẹſcriptio non interrumpatur,quia ex ſola citatione interrumpitur, ſed quòd actio quæ alias eſſet

perpetua

perpetua ex litis conteſt.non poſsit perpetuari. Attento quod litis cõteſtatio habetur. pro nulla, & ideo quemadmodum citatio nulla non interrumpit præſcriptionem ſimiliter litis conteſt.nulla nõ perpetuat actionem, nec
16 etiam † interrumpit præſcriptionem quando fraudolenter conteſtatur ad effectum tãtum interrumpendi. Specul. in titul. de reſcript. impet. §. ratione autem impetrantis uerſicu. quod ſi quis utitur literis ſequitur Soc. reg.ccciiij.fal.2.in reg.cccviij.Fal.ij.ubi multa allegat.

Sed iſta poſſent procedere in alijs ſtatutis non autem in ſtatutis urbis, quia ſi ſola interpellatione extraiudiciali interrumpitur præſcriptio, ut dixi ſupra in gloſſ. 16. Idem eſt dicendum de citatione nulla, quia ſaltem operabitur effectum interpellationis extraiudicialis ad effectum conſtituendi reum in mala fide.

17 Obiter notandum eſt unum † quòd ex interrumpt.pſæſcriptionis non interrumpitur effectus præcedentis tit. ut ſingulariter not. Bar.in l.ſi quis §.fin.nume. 1.de uſucap. & in l.cum ſolus num.3.eod.tit.Et Ancha.in d.ca. Illud num.6.de præſcript.

18 Limitatur 4.† commune dictũ quando citatio fuiſſet obtenta ad inſtantiam perſonæ

minus

minus legitimæ, ut puta minoris, uel perſonę
19 alterius incapacis, quia † etiam ſi de rato pro
miſiſſet illa citatio non tenet. Rot. deci. 18. a-
lias dccxxx. de dol. & cõtum. in antiq. Hippol.
de Marſi. ſing. ccxcj. circa fin. per doctr. Bald.
in Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. quod
20 etiam † procedit ſi ſubſequeretur ratificatio
poſt impletam præſcriptionem per ea quæ
late not. Dec. in conſi. cccclx. numero 35.
21 Aduertatur † etiam quòd ſi quis prohibet ſe
citari uel litem contra ſe conteſtari, tali caſu
citatio habetur pro legitime facta & lis pro
conteſtata, & ſucceſsiue præſcriptio pro in-
terrupta Bart. in l. prima §. ſed & Ariſto & §.
Idem Labeo ff. quod ui aut clam. Fely. in ca.
conſtitutis il primo de fid. inſt. Io. And. in ca
pi. tuæ de Iler. non reſid. Innoc. in cap. ad peti
tionem de Accuſat. & Bald. & Ang. in l. 2. C.
de ann. except. Multa allegat Tiraq. de utroq.
Retract. in uerb. de pois la litis nume. 5. cum
22 ſequen. & num. 8. Vbi limitat † iſtud dictum
non procedere ſi reus habeat iuſtam cauſam
de non ueniendo ad iudicium, uel ſi uenerit in
terfugiendi, ut per Io. Fabr. in §. penales inſt.
23 de tempo. præſcript. Poſſet † dici quòd iſta li
mitatio ſit uera quando creditor ageret de lu-
cro captando, ſed ubi agit de damno uitan-
do, non ualenti agere non currit præſcriptio,
per

per ea quæ ſuo loco dixi. Si enim ille qui eſt reus poteſt ſe excuſari, ut non patiatur ex aliqua cauſa citari, æquum eſt etiam ut actor qui non poteſt agere cum non poſsit aduerſarium citare tueatur ex capite generali non ualenti agere; nõ currit præſcriptio, quia qui non poteſt agere, non dicitur negligẽs in agẽdo. Secundo non intelligit Tiraq. dictum ſuũ ubi ſupra, ſi modo ceſſante mora, aut contumacia aduer. lis fuiſſet conteſtata, ſecus ſi nõ potuiſſet conteſtari etiam ſi comparuiſſet, quia dum reus fruſtatur, differt, moratur non reſpondet, interim uel Iudex abeſt, uel moritur actor antequam potuiſſet litem conteſtari, non habetur pro conteſtata per ea quæ dicuntur non nocere contumaciam non comparentis quando ſi comparuiſſet nihil actũ fuiſſet propter abſentiam Iudicis. Sed iſtud dictum non nocet etiam ſimpliciter actori, quia ſi abſentia uel impedimẽtũ Iudicis non præiudicat reo, nec ẽt actori præiudicare debet, cum militet eadẽ ratio, de qua ſupra non uolẽti agere, ſed poſſumus dicere fauẽdo reo tali caſu actor debet proteſtari, quia proteſtatio † in impedito habetur pro petitione
24 interrumpit præſcriptionẽ l. ut perfectius. C. de an. except. Innoc. in cap. ex tranſmiſſa de præſcript. & ibi Fel. num. 5. Pau. de Ca. conſi.

288.& late gloſ.in Prag.Sanct.in ti.de pacif.
25 poſſ.in uerb.proteſtari,& aduertendum eſt quod quando reus ſe occultat, & eius copia haberi non poteſt,tunc poteſt citari domi di
26 miſſa copia,& ſi plures habitationes habet in illa in qua frequentius habitat Bar.& Bal. in l.quòd ſi dubitet de acquir. hæred. Bald. conſ.234. Decretum Mag.uolu.2.Afflict.de ciſ.384.& plura accumulat Tiraq. de utroque retract.in uerb.a ſon domicil.in gloſ.ii. §.9.nu.xxvi. Vbi late de materia citationis.
27 Et quòd dixi in principio ſola citatione interrumpi præſcriptionem ſtatutariam procedit etiam quãdo debitor eſt obligatus ſoluere ubicunque fuerit inuentus,quia poteſt ubicunque citari,ut notabiliter uoluit Bald. in conſi.299. uolum.2. & Iaſo. in l.ſi decem nume.2.de uerb. obliga. & ibi communiter omnes de eo qui promiſit ſoluere ubicunque reperitur ꝙ non requiratur litis conteſtat.

Nota autem unum ſingulare quod regulariter per examen teſtium ad perpetuam rei memoriam non interrumpitur præſcriptio, ut dicit Feli.in c.illud nume.17.de præſcrip. licet in examine citandi ſint omnes quorum poteſt intereſſe ut late per eundem Fely. in c.Albericus de teſt.& Bal. in c. quoniam nume.xi.in princip.ut.lit.non conteſt.Quod dictum

ctum non credo uerum in illo qui nõ potuit aliter agere quia excuſatur & examen erit loco petitionis extra iudicialis.

28 Interrumpitur† etiam præſcriptio per ſolutionem unius nummi ut not Bal.in ca. illud. nume. 2.de præſcript.per l.ſi quis.C.de præſcrip.30.ann.

29. Interrumpitur† etiam quãdo agitur quod aliqua bona ſequeſtrentur,& quod ſequeſtrator poſsideat quia ex tali poſſeſsione interrumpitur præſcriptio ut uoluit Zabarel. in clem.unica de ſequeſtra.poſſeſ.nume.25.ſequitur Fely.in d.cap.illud nume.16.Vbi dicit quod per ſequeſtrum non interrumpitur præſcriptio,niſi agatur, ut quis poſsideat Bart. Pau.de Caſtr.Alexan.& alii in l.intereſſe puto de acq poſſ.Vbi dicunt quòd per ſequeſtrum factum de partium cõſenſu interrumpitur uſucap.

30. Interrumpitur etiam †per miſsionem executoris ut not.Bald.in l.ſicut nume.5.& 6. & in l.cum notiſsimi §. Immo nume.18.C. de præſcript.30.ann.& ibi Saly.num.13.& in d. l.ſicut nume.5. cum ſeq. ubi facit quandam diſtinctionem Paul.de Caſtr.in l.more num. 2.C.de rei uend.ubi declarat etiam de uſucapione & de aliis,ut ibi per eum.& in l.ſi quis alterius nume.18.C.ubi in rem act.Vbi dicit

proce-

procedere etiam per notificationem factam a colono de mandato Iudicis per l.ſi is cui §. miſſus.ff.ut poſſeſſ.leg.

31 Interrumpitur etiam†per petitionem partis quo ad totam ſi eo nomine agatur,ut not. in l.is qui.ff.qui.mod.uſufruc.amitt. & in ca. olim de cenſ.& Bal.in c. 1. §.quid ergo nu.4. de Inueſt.de rer.alien.fact. in uſibus feud. ui de ſupra in uerbo creditores in limit.xvi.

32 Interrumpitur † etiam quando quis agit per modum exceptionis,ut puta per uiam cõpenſationis Bal.in d.l.quòd notiſſimi.§.Imò in 1.lect.nume. 10.Fel.in d.c.illud nume.12. & Bart.in l.omnes actiones de reg.Iur. quod
33 dictum fallit†quando quis non per uiam cõpenſationis uel actionis exciperet, quia per exceptionem non interrumpitur præſcriptio cum ſtatutum procedat contra negligentes
34 petere debitum & excipiens†non petat, imò petentem repellit gloſ. in c. cum dilectus in uerb.in modum exceptionis de ord. cogni.l. 1.de recept.cum ſimil.Mil.in repert. in uerb. præſcriptio interrumpatur per modum exceptionis Fel.in d.c.Illud nume. 12.Bart. in l. ſi autem §.fina.de neg.geſt.& Bald.in l. 2.C.de
35 ædili.act.nume.9. Ancha.†in d.c. cum dilectus num.40.quærit an per exceptionem ſpoliationis interrumpatur præſcriptio,& quia

gloſ.ut ſuperius dixi tenet quòd non;dicit de mente Ioan. Andr. ibi quòd in rebus uitioſis non procedunt termini quæſtionis,quia tales non poſſunt præſcribi. unde ſecundum leges procederet in rebus non uitioſis mala fide tamen poſſeſsis .§. quod autem & §. aliquando inſti.de uſucap.Non procedit etiam quæſtio dicit Ancha.quia aut recipit qui poſsidet, & ſic alius non præſcribit,aut alius quam dominus poſsidet,& tunc dominus non poſsidens non conuenitur reali.c.examinata de Iud. ergo nec debet excipere tandem referens gloſ. Io.Vin.& Innoc.tenentes quòd obiectus exceptionis non interrumpat præſcriptionẽ reſidet in hac opin.ſed quòd exceptio ſpoliationis ſolum repellat illũ qui tenetur interdicto unde ui uoluit Abb.in d. c. cum dilectus nu. 12.Afflict. deciſ.xix. Tholoſ.deciſ.ccccxciij. Rot. deciſ.xx.de reſti.ſpol.in nou.& Gomes in deciſ.44.

36 Interrumpitur etiam † per dationem fideiuſſoris,quia reus dando fideiuſſorem agnoſcit debitum quod maxime procedit nõdum finita præſcriptione gloſ. in l. cum quis §. ſi quis pro eo in uerb. iam reuerſo. ff. de ſolut. & ibi Paul.de Caſt. nume. 3. uerſic. eſt ergo hic caſus per tex.in l.cum notiſsimi. §. ſed & ſi quis de præſcript.30.ann.Mil.in repert. in

uerb.

uerb. præſcriptio interrumpitur ex ſinodali, Salyc. in l.cum notiſsimi nume. 13. de præſcript.30.anno.& ibi nu.12.ubi diſtinguitur quomodo iſtud procedat.

37 Interrumpitur † etiam quando debitor patitur creditorem in poſſeſsionem mitti ex primo decreto Felyn.in d.c.illud num.14.Roma.conſi.18.alias xxxviij.& ſing.ccccxv.incipit lex.quamuis,ſequitur Paul.de Caſtr. in l. naturaliter nume.3.de Vſucap. & Felyn. ubi ſup.dicit iſtud eſſe uerum in præſcriptione, quę ſola citatione interrumpitur.Paul.de Caſtro in d.l.naturaliter,reſpondet ad non nulla contraria, & uult quòd etiam in actione perſonali, ſi res peruenerit ad creditorem ſine uitio, interrumpatur præſcriptio, ratio iſtius dicti quòd ex miſsione in poſſeſsionem

38 interrumpatur fuit, quia † non poteſt ad illud peruenire niſi ex citatione coram Iudice, ut not.Petr. de Groſſ. Petr. in Tract. de primo decreto in princ.& facit l.2.ff.ex qui.cau. in poſſeſ.& l.ſatisque ff.de in ius uoc.Paul.de Caſt.in l.miſſo.ff.pro emp.& in l. qui legatorum.ff.pro hærede, ſibi contrarius uidetur tenere quòd non interrumpatur præſcriptio, ſed concordando opiniones dicendum eſt,ꝙ iſta ult.opinio Paul.de Caſtr. procedit quando quis fuit miſſus in poſſeſsione contra eũ

contra quem non currebat præſcriptio quia quod non eſt interrumpi non poteſt: ſi autē mittatur contra quem currebat præſcriptio, tunc in præſcriptione de qua agitur tamque longiſsima ſtatim interrumpitur præſcriptio per l.cum notiſsimi.§.Imò. C. de præſcript. 30.ann.& ſic ſe declarat Paul. de Caſtr. in d. l.miſſo,quia ut etiam dicit Bald.in conſi.181. caſus talis eſt, cauetur ſtatuto uolum.1. Miſ-
39 ſio † in poſſeſsionem eſt actus fori contentio ſi & ſine citatione non poteſt expediri.l.minor de euict.l.fi.C.ſi per uim uel alio modo, cum ergo citatio in caſu de quo agitur interrumpat præſcriptionem ſimiliter dicendum erit de miſsione in poſſeſsionem ex primo decreto ut etiam per Bald. conſil. cccxl. tria
40 ſunt uol.2.Interrumpitur etiā,†& quatenus incepta non ſit impeditur per locationem de aliqua re facta nomine meo, ſi ego in tempore ratum habeo ſic interp. Bal.conſil.13. ſuper eo creditur uerſ.4.uolumi.1.ubi dicit ꝙ ſi ſoror mea locauit quaſdam poſſeſsiones nomine meo quæ fuerant paternæ, & debebant eſſe communes, exceptio præſcriptionis. 30.ann.per ſororem opponi non poteſt l.male agitur.l.cum notiſsimi.C.de preſcrip. 30.ann. quia perinde eſt ac ſi de mandato meo locaſſet quòd præſumitur ex ratificatio

ne quæ retrotrahitur ante præſcriptionem conſumptam.l.fin.§.fina.ff.rem rat.hab.not. Bald.dccccl j.14. punctus nunquid uolum. 5. ubi dicit quod mihi cuius nomine alicui numeratur pecunia currit præſcriptio a die numerationis quia ratificatio retrotrahitur. c. retine.de regul.iur. & hoc dictum procedit quando res locata ad me ſpectaret aliquo ti-
41 tulo, alias non; quia † ſi quis locat aliquam rem nomine meo & ego ratum habeam non propterea præſumitur quòd locator poſſederit retro nomine meo ut no.Bald.conſil.386
42 quidam M.in fi.uolumi.5.quia † titulus locationis probat tantum poſſeſsionem inter cõductorem non autem inter alias perſonas. c. inter dilectos.§.fin.de fid.Inſtr. l. conductor C.loc.Bal.conſi.cccxxx.ſtatuto cauetur quòd conductor uolu. 1.

43 Interrumpitur etiam † ex legato facto per debitorem creditori, quia uidetur per legatum creditum agnitum ſic.tenet Bald.conſi. ccxxxj.actione de dote uolumi.4.Facit.l. creditorem de le.2.ubi uolunt Doct. per illum
44 tex.quòd † ſi debitor legat creditori præſumitur legaſſe animo compenſandi doct. in Authen.præterea.C.unde uir & ux. & in l. ſi cum dotem.§.ſi pater ſol.mat.Bart.in l. 1. §. ſciendum.C.de rei.uxo.act. ergo non poteſt

negari quin ſecundum Bald. per legatum in-
45 terrumpatur præſcriptio, ſed † aduertatur
quia iſtud dictum nō eſt ſimpliciter uerum,
quia aut quis debitor eſt.l.diſpoſitione ut de
46 eo qui † tenetur filiam dotare & tunc legan-
do uidetur legare animo compenſandi, aut
eſt debitor uoluntarius mediante facto ſuo,
& tunc non cenſetur legare animo compen-
ſandi ut declarant moderni Papienſis in d.
Aut. præterea colum. 8. uerſi. ult. not. Imò ſi
quis eſt debitor neceſſarius mixta conſidera
tione.ll.& contractus, tunc nec etiam dicitur
legare animo compenſandi ut per Bald. in l.ſi
uxor uer. quæro quid in dubio. C. de bon. au-
cten. Iud. poſſeſ. Pariſ. conſi. lxxix. & xcij. uo-
lumi. 2. Alexand. conſil. 12. uolum. 2. Neuiz.
47 conſi. lxij. nume. 22. quod procedit † etiam
ſi quis legat illud quod erat ſoluēdum ab alio
quam a legante, etiam ſi legans ab eo cauſam
habuerit ut not. Imol. poſt Anto. de Butr. in
c. officij & in c. requiſitis de teſt. & Alex. in d.
§. ſi pater uerſi. hoc tamen limita. in his ita-
que caſibus non poteſt dici quòd præſcriptio
interrumpatur quia non cenſetur legatu n fa
ctum animo compenſandi, & hæc ſunt perpe
tuo notanda.

48 Interrumpitur etiam præſcriptio † per de
fectum ſuperuenientem tit. ut per Bar. in d.l.
naturali-

naturaliter num.6.ff.uſucap. cum quadam d ſtinctione de qua ibi per eum Bald.in l. ſenatus conſulto in 1.lect.de offic. præſid.dicit ſecundum Petrum quòd impedito agere currit præſcriptio ſed datur reſtitutio, quando impedimentum ſuperuenit ex accidenti propter naturam actionis intentatæ;ſecus quando ſuperuenit impedimẽtum a principio, ſed poſt inchoatum curſum præſcriptionis, Bal. autẽ impugnat huiuſmodi dictum per. l. contra maiores. C. de inof. Teſt.ubi iuris impedimentum emergens impedit curſum præſcriptionis, ipſo iure,ſed non interrumpit quia impedimento iuris cum primum ceſſat impedimentum coniungunt tempora, ut in ſeruitutibus quæ habent cauſam diſcontinuam, & ideo in illis propter impedimentum, non interrumpitur præſcriptio,alias nũquam curreret,ſed ſuſpenditur iſtud dictum Bald,patitur multas oppoſitiones. qua de re idem Bal. alio modo diſtinguit, aut ex poſt facto ſuperuenit iuris præciſum impedimentum facto debitoris uel hæredis ;& tunc ipſo iure non currit præſcriptio. l. ult. §. in computatione. ff. de iur. del. aut facto tertij, & tũc currit prẹſcriptio,ſed ſi æquum eſt datur reſtitutio.l.ſed & ſi per prætorem.ff.ex quib. ca.maio.

Sed Ang.& Imol.tenent quòd non interrumpatur præſcriptio per ſuperuenientem defectum tituli,prout etiam tenent de ſuperuenientia malefidei de iure ciuili, quia de iure canonico ut infra dicitur ſecus eſt. hinc inferunt quòd ſi per ſtatutum annichilarentur omnes contractus facti certo tempore non impediretur curſus præſcriptionis ſi adeſſet bona fides in poſsidēte,quod ſecus eſſet quā do ſtatutum annihilaret contractum ex retro. ut puta quia diceret quòd contractus facti ab uno menſe citra, habeantur pro non factis. De cuius dicti ueritate, uide Seiſſel. in d.l.naturaliter num.3.& ibi Io.Annib.nu.63.uſque ad nume. 81.

Dicas quòd ſi quis a principio dubitat an res quam poſsidet ad eum ſeu ad alium ſpectet nō poteſt vſucapere glo.in l.1.C.de acq. poſſ.niſi forte iſta titubatio ſuperueniat quia tunc uidetur quòd etiā de iure canonico,quis poſsit præſcribere,quia dubitatio non interrumpit præſcriptionem,& iſta eſt communis opinio de qua per docto. in l.3. §. genera. ff. de acquir.poſſ. & plura accumulat Io. Annibal.in d.l.naturaliter num.lxxxviij. & ibi Seiſſel.nume.7.Vbi ſubdit quòd per ſolam petitionem inducitur titubatio ut per Bal.in l. nemo in fin.C.de acquir.poſſ. Interrumpitur ēt

per

per ſucceſſorem incapacem ut puta ſi ſtatutum prohibet forenſem poſſe acquirere ex omni cauſa præſcriptio inchoata per teſtatorem non poterit compleri per forenſem inſtitutum hæredem,ſed interrumpitur Bar. in d. l.naturaliter in 6.q. Sed Ioan. Annib. 161. in ccxxvj. uſque ad nume. ccxlvij. late diſcutit hunc articulum,ubi demum retenta opinione Bartho. dat cautelam, ut qui non poteſt præſcribere relinquat per ſpatium temporis hæreditatem iacere,quia res cepta præſcribi in totum præſcribetur cum hæreditate iacente currat præſcriptio per ea quæ dixi in gloſ. 19.nu. 16.ampliatione.

An autem præſcriptio rei quæ poſsidebatur ſub uniuerſo interrumpatur per interruptionem poſſeſsionis ubi ſupererant pauci dies ad complendam præſcriptionem, uide Barto.in l.qui fundum §.qui bona. ff. pro emptore qui uidetur uelle quòd non.& late Corne.& Iaſ. in l. iij. §. nerua.ff. de acquir.poſſ. & Ioann.Annib.in d.l. naturaliter nume.79. uſque ad nume.90.

Non ab re erit etiam ſcire quòd inundatione fluminum interrumpitur præſcriptio, ut communiter dicunt Doct. in l.3.§.Labeo ff.de acqui.poſſeſ.& in l.quominus.ubi Rip. numero ciiij.ff.de flum.Crot.in l.ſi is qui numero

mero 8.ff. de uſucap. & in l. naturaliter ubi Bar. in 5.q. ff. eodem, ex quo uidetur ꝙ per inundationem Tiberis molendina quæ deuaſtantur non poſsint amplius inſtrui ab eodẽ domino qui dicitur amiſiſſe poſſeſsionem ſine noua conceſsione & gratia Principis bene uerum eſt, quia ſi per inundationem nõ mutatur alueus de ęquitate eſt concedenda reſtitutio l. 1. §. ſi quis propter ff. de itinere actuque priuato Rip. ubi ſupra nume. 115. & ibi Iaſ. numero 125. cum pluribus ſequentibus, ubi ponit quando mutatur alueus & quando non ſiue quando molendina in totum uel in parte collabuntur. Igneus in l. contractus nume. 72. cum ſequẽti ff. de reg. iur. Vbi dicit etiã iſtud tunc demum procedere quando quis non potuit tali inundatione munitione aggeris occurrere quia ſi poſſet eſſet ſibi imputandum quare, non fecerit, & circa hoc multa ponit Ioan. Annib. in d. l. generaliter in 200. uſque ad nume. ccxiij. & Crot. ubi ſupra nume. 10. Dicit quòd licet per inundationem poſſeſsio interrumpatur, non tamen interrumpitur titulus quo mediante poſſeſſor rem poſsidebat, ut late ibi per eum. & propterea uirtute iſtius tituli poſſeſſor qui amiſit poſſeſsionem propter inundationem poſſet illam recuperare cõtra tertiũ occupatorẽ, & qua Docto.

in allegatis locis pluris accumulât nõ inſiſto.

49 Interrumpitur †ſimiliter ex defectu malefidei ſuperuenientis ut per Bar.in l. naturaliter nume.8.ff. de uſucap. quòd procedit de iure canonico in.l.1. nume.3.C. de uſucap. tranſ.ubi dicit quòd mala fides non interrumpit præſcriptionem inchoatam cum titulo, ſed uidetur in hoc eſſe diſtinguendũ,aut pręſcriptio eſt iam conſumata & mala fides ſuperueniri non tollit,aut eſt tantum inchoata ut de iure canonico impeditur perfectio Mi.in Rep.in uerbo præſcriptio interrumpitur ex ſuperueniente mala fide late,Din. in c. poſſeſſor nume.21.de re.iu.& ibi Al.de Roſ. nu.xxii. ubi diſputat de opi. Theologorum qui uolunt quòd quandocunque ſuperuenerit mala fides res ſit reſtituenda,ſed communis opinio eſt pro diſtinctione quã dedimus ut late per Ioan.Ber.Tancredum, Vincentiũ Anch.Car.Imola.Abb.& Feli.in c. uigilanti, nume.11.qui multos allegat de præſcrip.ſol. in conſi.47.nume.17.uolu.3. dicit quòd mala fides ſuperueniens interrũpit præſcriptionem.ſed tantum reſpectu illius cuius habeo malã fidem,ita ꝙ pſcribitur res ex duobus capitibus ꝙ præbet malã fidẽ ut ꝑ gloſ.& Bar. in d l.naturaliter & Anch.in c.j.de pſcrip.in 6

50 Notandum eſt etiã †quòd in omnibus caſibus

bus per quos interrumpitur præſcriptio coram iudice competenti procedit etiam ſi fiũt corã arbitro ut uoluit Spe.in ti.de lit. cõt. in §.effectus.l.j.C.de arb, ſequitur Bar.& alij in d.l.cũ antea.C.eo.Lanfr. deci.39.Guid.Pap. deci.416.nu.7. quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorũ.l.j.de Arb.Io.And.in additi.
51 ad Spe.ubi ſupra qui limitat † iſtud dictũ,nõ ꝓcedere quãdo cõpromiſſũ nõ teneret rõne arbitri uel compromittentium,quia tali caſu,l.fi.C.de arbit.non habet locum, & ſucceſ ſiue non interrumpitur præſcriptio primum
52 dictum non procedit † coram arbitratore. Fely.in c.illud num.9.de præſcript. de mente Old.conſi.clxxvj.& Anto.de Butr.in c.quintauallis de iur.iuran.Iaſ.in l.fin.num.xj. ff. de eo.per quem fac.ier.Bartol.in d.l. cum antea de Arbit.& Abb.in d.c.illud & Specul.ubi ſupra,& ibi Ioan.And.qui dicit eſſe rationem, quia talis arbitratus habet uim trãſactionis,
53 & tranſactio † non eſt modus interrumpendi nec ciuilem, nec naturalem poſſeſsionem:
54 Iſtud † dictum commune procedit de iure ciuili : ſecus in ſtatuto urbis quod habet ex interpellatione etiam extraiudiciali, interrumpi præſcriptionem,& iſtud ſtatutum conuenit cum iure canonico,quia interpellatus coram arbitratore nunquam poteſt bona fide

præ

præſcribere cum ſublata ſit negligentia credi toris, qui ad euitandas expenſas conuenit per compromiſſum coram arbitratore: ſed quæ-
55 ſtionis eſt inter ſcribentes, An Arbiter † de ęquo & bono poſsit reijcere exceptionem præſcriptionis & condemnare debitorem re iecta tali oppoſitione. Bal. in l. ſicut. C. de præ ſcriptio. 30. ann. tenet quòd ſic, quia præſcriptio eſt iniquiſsimum ſubſidiũ iuris, & ideo talis exceptio coram eo de ęquo & bono procedente non debet admitti, & ita tenet Ang. in l. ſequitur. §. uiam de uſucap. Par. conſi. cj. nu. 89. uol. j. Marſil. ſingul. ccclxx. uſucapio in fi. contrarium tenuit Bar. in tranſact. ad reprimendum in uerbo uidetur in fin. & Rubr. ff. arbi. Aret. in c. dilect. col. iiij. de Iud. & in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de uerb. oblig. Moder. Patauini in Tract. de comprom in j. q. princ. nu. 46. diffuſiſsime hunc articulũ diſputãt, & tãdẽ diſtinguunt hoc modo, aut qui p̃ſcripſit erat in bona fide & arbiter nõ poteſt reiicere hm̃ōdi exceptionẽ q̃a qui poſſedit bona fide pōt ſalua cõſciẽtia retinere, not. Bald. in l. cũ q̃s C. de iur. & fact. ign. aut qui p̃ſcripſit erat in mala fide, & tunc receptio p̃ſcriptionis nõ eſt admittenda; ſic diſtinguit Lanfr. in tract. de Arbit. in ult. par. q. xxv. & ſic etiam diſtinguit Ang. in l. ſequitur §. uiam de uſucap. quæ opinio

opinio cũ ſit equa & Theologica ut ꝑ Alb. in c. poſſeſſ. de regul. iur. omninoeſt tenenda.
56 Interrumpitur † etiam præſcriptio per dilationem quinquennalem, ſiue moratoriam per debitorem a principio obtentam, quia qui petit dilationem confitetur & agnoſcit
57 debitum; ſicuti qui† allegat diſpenſationem ſuper natalibus, fatetur ſe originaliter pati defectum, ut not. Bald. in l. filium in 3. lect. nume. 3. de his qui ſunt ſui uel alien. iur. l. fin.
58 C. de iur. aur. ann. & Prob. † in c. nemo nu. 9. de elect. in 6. in addit. ad Io. mont. dicit quòd opponens exceptionem compenſati onis debitum fateri uidetur ut not. Ro. conſi. 77. pater. Reuerende, & Bald. in c. literas de præ-
59 ſumpt. & ibi Fel. ubi dicunt † quòd qui agit penitentiam uidetur fateri delictũ not. Alex. in l. nume. 7. de nou. op. nun. & eſt text. in c. uenerabilem in fin. de elect. ubi dicitur quòd ille dux fuerat excommunicatus, hocque probat pontifex ex abſolutione petita per eum, & in terminis noſtris Pir. Angl. in Aurel. cõſti. in titu. de execut. ex locato cap. 18. Moderni Ariminenſes in Tract. de ceſſ. bonorum in ii. q. princ. dicunt de mente gloſ. & Barto. in l. penult. ff. eod. debitorem agnoſcere debitum duobus modis.
60 † Iudicialiter, & extraiudicialiter per conſeſ-

feſsionem debiti,quia etiam per eam proba tur execrabilitas,Put. deciſi.4. de confeſſ. &
61 deciſ.xxxii.de reſtitut. ſpoli. uel † fideiuſſorē præſtando,per ea quæ dixi in limitatione de
62 qua† ſuperius in uer.interrumpitur etiā per dationem fideiuſſoris,uel pignus aliquod aut cautionem interponendo l.cum notiſsimi.§. ſed ſi quis.C.de præſcrip.30.anno. Iudiciali ter autem agnoſcitur debitum per ſimilem confeſsionem,uel ſi debitor patitur ſe condemnari factis probationis.cum igitur dilatio moratoria contineat confeſsionem debiti; iccirco debet per eam interrumpi præſcriptio, ut etiam in terminis proprijs not. Boer.deciſi.333.nūme.2.& 3.Bald. autē qui omnia ſciuit in l.quæſtiones.C.de præc.imp. offer.late diſputat hunc articulum de mente Petri & Cin. ſed tandem concludendum di-
63 ſtinguit hoc modo; † aut dilatio quæ datur propter impedimentum emergens ad petendum quod ſuum eſt reſpicit ſolam inſtantiam litis, aut obligationem: ſi inſtantiam litis reſpicit & introducta ſit ſingulari beneficio rei,tunc præſcriptio ipſo iure non currit l.ij. §. in omnibus de iud. aut introducta eſt de iure communi,& tunc aut non procedit ultra ſtatuendo & currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio.l.ſenatuſconſulto de offi.præ

ſid.

ſid.aut proceditur ſtatuendo quòd non currat,& nō currit. & hoc quo ad dilationem litis inſtantem reſpicientem,aut dilatio reſpicit obligationem,& tunc non currit præſcriptio.fallit ſi dilatio eſſet ſpecialis ad certum debitum & non conditionata,quia tunc inducit interruptionem præſcriptionis,ſi uero facta ſit per uerba generalia uel conditionata, tunc non interrumpitur præſcriptio,ſed impeditur curſus gloſſ. in l. cum quis §. ſi quis pro reo de ſol. ſi uerum eſt dictum Paul. de Caſt.in d.l.cum quis & gloſ.ibi. 5. per dationem fideiuſſoris interrumpi præſcriptionē, uidetur concludendum neceſſario quòd per dilationem obtentam interrumpatur præſcriptio cum nihil operetur ſine datione fideiuſsionis,ut per Bart.Bal.Iaſ.Pau.de Caſt. & omnes in l. uniuerſa.C. de precar.imp.offic.ſed quia non eſt ſimpliciter uerum quòd ſemp requiratur fideiuſsio uideatur ibi Bald. ad longum,ſufficit nobis ſcire quòd per dilationem obtentam agnoſcitur debitum,& per agnitionem debiti interrūpitur præſcriptio, quòd maxime procedit quādo dilatio eſt ſpecialis ad certa credita, expreſſa; ut dixi quia inducitur interruptio, ut per Bar. in d.l.quoties numę.3.ſecus ſi dilatio ſit generalis, quia nullum debitum in ſpecie agnoſcitur; ut per

 Boe.

Boc.d.dec.333.nume.3.& ideo tempore dilationis dormit præſcriptio,& finita dilatio-
64 ne reuiuiſcit.ſed† quæſtionis eſt an iſta dilatio conceſſa debitoribus competat etiam eorum fideiuſſoribus; Hinc reſultat effectus quòd ſi competit fideiuſſori, in illis caſibus in quibus fit interruptio præſcriptionis per agnitionem debiti,nocebit ipſis fideiuſſoribus. Bart. Alexan. Soc.& omnes antiqui in l. cum filius §. 1. de uerb. oblig. diſputant hunc articulum, & in ſpecie Bart. nume. 2. dicit
65 † quòd priuilegium aut eſt reale aut perſonale. primo caſu non competit.l. except. de except. ſecundo ſic, unde in obligationibus dandi ubi fideiuſſor poteſt ex ſua perſona in mora conſtitui, ſibi non prodeſt exceptio, in obligat.uero facti in quibus fideiuſſor ex ſua perſona non poteſt conſtitui in mora & tunc prodeſt Bald.in d.l.quoties.C. de præc. imp. offic. de mente Petri; ſit diſtinguit in obligatione dandi exceptio competens reo non prodeſt fideiuſſori,quia perſonalis eſt d.l. exceptiones quæ perſonæ, in obligatione uero faciendi aut ſumus in facto quod non cadit in obligatione fideiuſſoris,quia cohæret perſonæ ex facti natura; uel qualitate; ut eſt factum induſtriale, & tunc quod prodeſt reo, prodeſt & fideiuſſori non per ſe ſed per ac-

cidens, quia tali caſu in contractibus ſimilibus non tenetur fideiuſſor, niſi poſt moram rei. ergo dilatio conceſſa reo prodeſt fideiuſſori, nõ ui priuilegii, ſed tanquam quoddam impedimentum moræ ſit. ſi autem in obligatione fideiuſſoria cadit factum, exceptio rei, non prodeſt fideiuſſori, ut in obligationibus dandi, iſta diſtinctio Petri uidetur uera ſecundum Bald. in obligationibus faciendi, ſed in obligationibus non faciendi ut puta non petere, nõ uenire, non eſt diſtinguendum de facto induſtriali uel non induſtriali, quia nunquam fideiuſſor tenetur reſpectu facti principalis, ſed demum ex mora rei, ita quòd uideatur concludere omnes quòd fideiuſſori non prodeſt dilatio quinquiennalis, ſequitur Ariminen. in Tract. de ceſſ. bon. 8. q. prin. num. 2. Circa hunc articulum mihi uidetur quòd Doctores propoſuerint unam quæſtionem & aliam, ſoluerint; Quærunt Doctores in alleg. locis. An dilatio quinquennalis conceſſa cruce ſignatis, proſit etiam eorum fideiuſſoribus, & nõ eſt dubium quòd non prodeſt; quia
66 † priuilegium conceditur perſonæ qualificatæ, quia conceditur perſonis cruce ſignatis, & ultra perſonas qualificatas non debet exten-
67 di, quia † qualitas informat ſubiectum cui inheret, Pariſ. conſi. lviij. uolum. iiij. ubi dicit

quòd

quòd qualitas ſi nõ interuenit uitiatur actus. & in ter. Bald. in l. ſi mandatori nume. 8. C. de non num. pec. dicit priuilegium conceditur cruce ſignatis, reus eſt cruce ſignatus, fideiuſſor uero non, & ideo fideiuſſori huiuſmodi priuilegium non prodeſt, quia cum ſit conceſſum ſignatis per cauſam extrinſecam quæ nõ elidit obligationem, non prodeſt non ſignatis. ego autem puto poſſe diſtingui de mente eiuſdem Bal. in l. tam mandatori nume. 7. C.
68 de non numc. pecu. nam † aliquando exceptio competens reo & quam uult opponere fideiuſſor naſcitur ex contractu, aliquando ex priuilegijs principum, aliquando ex diſpoſitionibus legum; Circa primum aut in pacto apponitur perſona rei per modum demonſtrationis, aut per modum determinationis, aut ſumus in dubio, ſi per modum determinationis non prodeſt fideiuſſori in uim pacti ſed poſſet prodeſſe ex capite exceptionis, excuſsionis uel cedendarum l. niſi ff. de pacti. & ideo Aret. in Rubr. de except. nume. 12. dat cautelam cauſidicis quòd excipiant contra creditores prius excuti principalem uel quòd cedantur actiones. Primo uerò & 3. caſu prodeſt fideiuſſori priuilegium rei, quia liberationes ſunt latiſsime interpretandæ; quando uero reus eſt priuilegiatus a principe

cidens,quia tali caſu in contractibus ſimilibus non tenetur fideiuſſor,niſi poſt moram rei.ergo dilatio conceſſa reo prodeſt fideiuſſori, nō ui priuilegii,ſed tanquam quoddam impedimentum morę ſit.ſi autem in obligatione fideiuſſoria cadit factum, exceptio rei, non prodeſt fideiuſſori, ut in obligationibus dandi,iſta diſtinctio Petri uidetur uera ſecundum Bald.in obligationibus faciendi, ſed in obligationibus non faciendi ut puta non petere,nō uenire,nō eſt diſtinguendum de facto induſtriali uel non induſtriali, quia nunquam fideiuſſor tenetur reſpectu facti principalis,ſed demum ex mora rei,ita quòd uideatur concludere omnes quòd fideiuſſori non prodeſt dilatio quinquiennalis, ſequitur Ariminen.in Tract.de ceſſ.bon.8.q.prin.num.2. Circa hunc articulum mihi uidetur quòd Doctores propoſuerint unam quæſtionem & aliam,ſoluerint;Quærunt Doctores in alleg. locis. An dilatio quinquennalis conceſſa cruce ſignatis, proſit etiam eorum fideiuſſoribus,& nō eſt dubium quòd non prodeſt;quia
66 † priuilegium conceditur perſonæ qualificatæ,quia conceditur perſonis cruce ſignatis,& ultra perſonas qualificatas non debet exten-
67 di,quia † qualitas informat ſubiectum cui inheret, Pariſ. conſi. lviij. uolum.iiij. ubi dicit

quòd

quòd qualitas ſi nõ interuenit uitiatur actus. & in ter. Bald. in l. ſi mandatori nume. 8. C. de non num. pec. dicit priuilegium conceditur cruce ſignatis, reus eſt cruce ſignatus, fideiuſſor uero non, & ideo fideiuſſori huiuſmodi priuilegium non prodeſt, quia cum ſit conceſſum ſignatis per cauſam extrinſecam quæ nõ elidit obligationem, non prodeſt non ſignatis. ego autem puto poſſe diſtingui de mente eiuſdem Bal. in l. tam mandatori nume. 7. C.
68 de non nume. pecu. nam † aliquando exceptio competens reo & quam uult opponere fideiuſſor naſcitur ex contractu, aliquando ex priuilegijs principum, aliquando ex diſpoſitionibus legum; Circa primum aut in pacto apponitur perſona rei per modum demonſtrationis, aut per modum determinationis, aut ſumus in dubio, ſi per modum determinationis non prodeſt fideiuſſori in uim pacti ſed poſſet prodeſſe ex capite exceptionis, excuſsionis uel cedendarum l. niſi ff. de pacti. & ideo Aret. in Rubr. de except. nume. 12. dat cautelam cauſidicis quòd excipiant contra creditores prius excuti principalem uel quòd cedantur actiones. Primo uerò & 3. caſu prodeſt fideiuſſori priuilegium rei, quia liberationes ſunt latiſsime interpretandæ; quando uero reus eſt priuilegiatus a principe

tanquam perſona cruce ſignata fideiuſſor nó habet iſtam qualitatem non poterit gaudere priuilegijs rei. Modo ad rem noſtram ſi dilatio quinquenalis non prodeſt fideiuſſori, ipſe fideiuſſor poterit contra creditores præſcribere non obſtante dilatione, & hoc eſt quòd uolunt Bart. in l. ſi quis pro eo de fideiuſſ. & Soci. in l. 1. §. 1. numer. 10. ff. de eo per quam fact. quòd præſcriptio interrupta contra principalem reum non noceat fideiuſſori, quod dictum ſequitur Angel. conſi. xxxij. quidam Andreas & gloſſ. in l. cum quis §. ſi quis pro reo & ibi Paul. de Caſtr. nume. 4. de ſol. Fel. in c. illud nume. 15. de præſcrip. & ſequitur Petr. Duenſ. de reg. iuris regula. 6. limit. 3. & Roder. Suarez in l. poſt rem 2. not. 6 uerſi. conſidera de re iud.

Sed aduertatur ad illud quod dixi dilationem moratoriam non prodeſſe fideiuſſori,
69 quia fallit† ſi reus cõpareat in iudicio & accipiat defenſionem fideiuſſoris opponendo de priuilegio ſibi conceſſo. quod dictum uerum eſt quando priuilegium conceſſum reo remaneret inutile ſi non prodeſſet fideiuſſori, alias ſecus vt not. Alexand. in l. cum filiusfamilias §. 1. de verbo. oblig. & ibi Soc. & Barto. in l. ſtichum §. quod vulgo. ff. de ſolut. niſi dilatio cederetur cauſæ iudicati, quia tunc indifferen-

ter prodeſt fideiuſſori iud.ſol. non autem ex contractu.Bald.in d.l.tam mandatori & in d. l.quotiens;cauti ſint etiam creditores, quia ſi debitor faceret intimare dilationem mora-
70 toriam † ſi debitum ſit iuratum, illa dilatio eſt nulla.Pir.Angl.in Aur.conſtit. in titul. de execut.ex loc.cap.18.de mente Alexand.con ſil.xxviij.lib.3.& Iaſ.in l.2. C. de præc. imp. offic.Thom.Fer.caut.55.nume.2.Cyn.& Salyc.in l.fin.C.ſi cont.ius uel publ.uti.niſi con cederetur a Papa cum expreſſa mentione de iuramento ut per Alex.in d.conſi.38.& conſil. ccv.uolumi. 2. & moderni de ceſſ. bon. quæſt. xxvj.Mart. de Laud. in tractat. de pri uil.conſil. 14. & de fiſco con. ult. ubi dicit etiam quod non extenditur ad debitum came ræ fiſcalis.

71 Aduertant † etiam creditores quòd huiuſmodi dilatio non ſe extendit ad debitum ex delicto ut late Rip.in l.j.ff.ſi cer.pe.& ibi Alexan.& alij & Ro.conſ.43.& moderni de ceſſio.bono.in d.quæſtio 26.

72 Non eſt etiam omittendum quod dilatio moratoria incipit currere a die datæ ipſarum literarum & non a die præſentationis c. eam te de reſcrip.c.dilecte de præb.Guid Pa
73 pa.deciſi.109.ubi not.† etiam quòd iſte moratoriæ non extenduntur ad creditores futu-

 ros

ros ar.l.Aurelius.§.Titius Seio de lib. leg: & hæc omnino notanda ſunt,quia poſſent debitores calumnioſe utendo priuilegio dilationis eam præſentare ad libitum, & ita circa præſcriptionem iam inchoatam nocere creditoribus, quia quando propter dilationem moratoriam præſcriptio dormit ea reuiuiſcente extremitates tempórum cõiungũtur. & ita poſſent decipi creditores ſi forte putarent præſcriptionem incipere dormire a die præſentationis literarum.& ſic eis præiudicaretur quod non patiuntur iura, quæ decepti & non decipientibus ſubueniunt l.2.ad uell. l.ſi decipiendum.C.eo.tit.

Eſt etiam quæſtio,non inutilis,An pręſcri-
7 ptio † interrumpatur uel quatenus perfecta ſit elidatur per reuocationem donationis factæ debitori per creditorem in illis caſibus, in quibus poteſt reuocari per l.fi.C.de reuoc. dona.& primo uidetur dicendum quòd non, quia ex donatione facta debitori extinguitur actio,& actio ſemel extincta non amplius reuiuiſcit.ut per Docto.in l.Meuius. §. duobus de leg.2.ego autem crederem quòd coniungendo tempus debiti cum tempore donationis & reuocationis , ſi præſcriptio nondum erat perfecta,quòd interrumpatur,quia reuocatio fit ſolemniter coram iudice d.l. fin. aut

præſcri-

præſcriptio erat iam perfecta, & tunc credo etiam quòd elidatur, quia donatio quæ poteſt reuocari ſecundum caſum illius legis eſt in ſuſpenſo, nec uiuente illo qui donat poteſt dici uere perfecta, & quãdo uenit tempus reuocationis; exceptio præſcriptionis non debet admitti quia negligentia propria tali caſu nocere non debet per gloſ. in d. l. fina. arg. l. 3. §. de his ad Sill. & creditor non poteſt dici negligens in petendo debitum quod iam per donationem remiſerat, niſi ſuperuenien te cauſa ingratitudinis. nec debet eſſe in conſi
75 deratione quod actio † ſemel extincta non reuiuiſcat, quia uerũ eſt regulariter, ſed propter cauſam ſolet reuiuiſcere, ut per Paul. de Caſt. in d. l. Meuius. §. duobus per glo. in l. quires §. aream. ff. de ſol. Doct. in l. actione. C. de Tranſact. & maxime quia habemus legem, quod donatio ex cauſa poſsit reuocari, uerũ
76 eſt quòd † ſi creditor habebat hypothecam, quòd ex reuocatione non reintegratur ad illam, quia pignũs remiſſum non amplius recuperatur in ter. Cæpo. in Tract. de uſucap. pro donato nume. 9. per l. prima. §. cum uenditor ff. quibus. mo. pig. uel hypoth. Roma. conſil. 133. & Nicol. de Pign. prima 6. in 3. numero 21. Anc. in ca. quamuis colum. 1. de reſcript.
77 in 6. ubi dicit † quòd reſtitutio facta ob gra-

tiam iam extinctam non trahitur retro ad tempus primæ conceſsionis, ſed dicitur noua gratia. Inferendo ad quæſtio. de creditore, cui poſt factum pactum de non petendo fit poſtea pactum de petendo an recuperet ius prioritatis & uſuras medij temporis, & hæc poſſunt procedere, quoniam inter iſtum creditorem & alium creditorem uertitur lis de
78 potioritate, & tali caſu † poſterior creditor præfertur anteriori, cum ius anterioris creditoris deducatur in eſſe poſtquam iam deductum eſt ius poſterioris, ut declarat Archid. in c. ſuſceptum colum. 1. de reſcri. in 6. quod notãdum eſt pro limitatione regulæ, q. prior
79 in tempore potior ſit in iure, ſi uero † poſt commiſſam ingratitudinẽ creditor negligeret petere ſiue reuocare donationem de iure cõi ubi non uigent ſtatuta ſpacio 30. an. contra eum præſcribitur, minori autem tempore ubi ſtatuta diſponunt late Tiraq. in d. l. fin. in uerb. reuertatur nume. cccxc. & cccxcvi. ubi multa coaceruat & ibi Rip. nume. cix. q. xliij. ubi de reuocatione ob natiuitatem filiorum, idẽ in l. fi. nu. 232. q. 69. eod. ti. uide tamen inter. Bald. in l. ſi ui uel metu nume. 7. & 8. C. quod met. ca.

80 Notandum eſt etiam † quòd exceptio præſcriptionis poteſt elidi per replicationem re-

ſtitutio

ſtitutionis in integr.ut no.Bald.in l.2.C.quibus non obijc.præſcrip.long. temp. de cuius ueritate uide Barto.in l.emptor. C. de long. temp. præſcript.& Alexand.conſil. ccxij. uolumi. 2.

81 Interrumpitur etiam †præſcriptio ne dum corporalium ſed etiam incorporalium per multos actus naturales & per multos ciuiles, de quibus & eorũ effectibus Doct. in c. illud de præſcrip. Bart. in l.naturaliter de uſucap. glo.Alex.Iaſo.Soc.& omnes in l.fin.ff.de eo per quem fac.ier.Aret.& Iaſ.in §.penales de act.Corn.conſi.180.multum copiosè uol.3. Dec.conſi.247.Mil in Reper. in uerbo præſcriptio interrumpitur ex ſinodali,& in uerbo præſcriptionis interruptio ſi fit naturaliter, ubi de mente Anton. de But. in cap. illud de

82 præſcripti. dicit † quòd interruptio per actus naturales prodeſt omnibus, ſed interruptio per actus ciuiles prodeſt tantum interrũ

83 penti.& ibi dicit† etiam quòd interruptio facta contra unum ex reis debẽtibus nocet omnibus ad not.per Bar.in l.cum quis. §. ſi quis pro reo de ſolut.& in l.fi.C.de duo. re. debẽ. & ad illud quod dixi interruptionem per actionem ciuilem non prodeſſe niſi interrumpenti infert Pau.de Caſtr.in l.more in fin. C. de rei uendi.quòd ſi tu præſcribis contra me

rem meam & tertius aſſerens eſſe ſuam mouit tibi litem. per litis cõteſtationem ab ipſo faciendam nõ interrumpitur pręſcriptio, quæ currebat contra me, niſi tertius expellat te de poſſeſsione, quia tali caſu cum illa ſit interruptio naturalis & non ciuilis bene prodeſt mihi l. naturaliter de uſucap.

Notandum eſt autem ꝙ præſcriptio in incorporabilibus interrumpitur per actum contrarium ut dicunt Docto. in c. auditis de præſcriptio. ita & taliter, quòd ſi etiam eſſet perfecta tollatur per actus contrarios. & dicit Bellon. conſi. 8. nume. 16. ad not. per Bar. in l. naturaliter ff. de uſucap. & per Bal. in authen. omnes peregrini col. fin. C. commun. de ſucceſſ.

An autem qui non interrupit præſcriptionẽ ultra remedium denunciationis euangelicę de quo ſupra in glo. 19. poſt nume. 240. habeat aliud, Docto. in l. rerũ miſtura. ff. de uſucap. diſputant An detur reſtitutio loquendo de illo cui nec ignorantia nec aliud priuilegium ſuffragatur. & Alexan. & Iaſo. in l. 3. §. labeo. ff. de acq. poſſeſ. diſtingunt an lapſi ſint pauci dies poſt præſcriptionem, & quòd detur, aliàs non. De quo etiam Ioan. Annib. in l. naturaliter num. 180. cum ſeq. ff. de uſucap. & per Crot. in l. gallus §. & quid ſi tantum nu

me.

me. 138.ff.de lib.& poſthum.

Vidimus quando interrumpatur præſcri-
84 ptio. Nunc autem† ſciendum eſt quòd aliquando dormit ita quòd ea ſic dormiente ſtatutũ ſimiliter acquieſcat, & ideo ſi quis propter hoſtilitatem non potuit interrumpere præſcriptionem ei non currit niſi a die impedimenti ceſſantis. Abb. in cap. ex tranſmiſſa de præſcript. & ibi Anc. nume. 3. & Imol. ac Fel. nume. 4. Rot. deciſi. xii. de dol. & cont. in antiq. Bart. in l. naturaliter nume. 22. de uſu cap. Imol. in l. pen. §. ad crimen de publ. iud. gloſ. in pragm. ſanct. de pacif. poſſeſſ. in uerbo hoſtilitatis. Afflict. deciſi. 50 Mil. in Reper. in uerb. citatio nume. 22. uer. citatus perſonaliter, Innoce. in c. ſolite de maior. &
85 obed. quod dictum procedit† etiam quando quis eſt incarceratus, ut per Soc. conſi. 80. nume. 5. uolu. 3. de cuius ueritate uide ſupra in uerb. creditores nume. 23. & 29. proceditur etiam quando quis impeditur propter peſtẽ uel aliam mortalitatem, ut per Anch. in d. c. ex tranſmiſſa & in conſi. 443. num. 12. quia ut etiam inquit Bar. in d. l. naturaliter nume. 24. maior eſt hoſtilitas dei & fortior quam hoſtilitas hominum, Rip. in tract. de peſt. de priuileg. contra peſtem nume. 151. Alex. con ſil. 81. uolu. ii. Soc. conſi. 85. nume. 3. uolu. 4.

Gemin,

Gemin.conſi.153.Abb.conſi.46.& conſ.57. & conſi.94.uol.2.ſed aduertendum eſt quòd ſi quis etiam proteſtaretur de impedimẽto, proteſtatio non excuſat ſi adhuc durante tempore implendi actum durat impedimentum. Ant.in cap.ex ratione & ibi Car.de appellat. & Ange.conſi.136.

86 Limitatur iſtud† commune dictum ſi tempore hoſtilitatis quis poteſt habere ſaluum conductum uel tempore peſtis redditur ius in illo loco,quia ut uolunt communiter oẽs in allegatis locis quis non excuſatur,ſed currit præſcriptio ut etiã tenuit Anto. de Butr. in c. cum liceat de præſcripti. ut Fel.in cap.

87 accedens q.9.ut lit.non conteſt.quia† impedimentum quod de facili poteſt reparari nõ excuſat.Bald.in l.quibus diebus de conditio. & demõſt & in l.1.§.qui ſub conditione.ff. ſi quis om.ca.teſt.Imol.in clemen.2.de ętat.& quali.latè Card.in c.1. col.7. quo temp. mil.

88 dummodo† non ſit iuſtus timor,quia tunc non ſufficiunt literæ de ſaluo conductu ut not.Anch.in c.ſtatutũ §.1.col.3. de reſcript. in 6.& quõd dixi quod quis tempore peſtis ſi in eo loco redditur ius in eo loco debet ſe conferre,non habet locum quando ualde timeret ad comparendum,maxime quando peſtis eſſet propter aeris corruptionem, & cõ-

plexio

plexio actoris eſſet talis ut ueriſimiliter ex eius acceſſu dubitaretur de morte, ut per Ioan.And.in cap.ſi uero de iur.iuran.& ideo Henr.Boic.in c.quoniam ut lit.non cont.di-
89 cit quòd ubi aer † eſt corruptus ſi præsbyter abſentat ſe a beneficio requirente reſidentiám,non poteſt contra eum procedit ad priuationem.late gloſ.in pragm.ſanct.de pacif. poſſ.in uerb.impedimentum,ſed aduertendũ
90 † eſt neminem excuſari ab huiuſmodi impedimentis,niſi de his proteſtetur,dixi ad aliud propoſitum,& nota.Afflict.d.deciſ.50.nu.3. & gloſ.in ca.cupientes in 6.& in c.1.& c.plerunque de reſcri.Docto.in l.vt perfectius C. de ann.except.Card.in d.cap.col.7.in fin.ſequitur Ange.conſ.140.& Alexan.conſi.144.
91 fallit † ſi impedimẽtum eſſet notorium,quia tunc non requiritur proteſtatio maxime ſi cõſtaret quòd non potuiſſet interrumpere præſcriptionem etiam ſi uoluiſſet.Paul.de Caſt. conſi.21.& conſi.286.Car.in c.paſtoralis de re iud.& in aliis caſibus de quibus ꝑ Afflict. d.deciſ.50.& Aretin.conſil.16.col.2.& notã
92 dum eſt † quòd cum probatio impedimenti ſpectet ad actorem actor debet clare per teſtes probare ſe fuiſſe impeditum,quia agitur ad actionem iam extinctam conſequendam, ut per Bald.in l.non exigimus §.ſi quis num.c.

2.ff.

2.ff.ſi quis caut.iud.Siſt.ſed aduertendum eſt quod impedimentum debet eſſe tale quod quis non ſua culpa in illud inciderit,quia tūc non excuſat l.ſi ut certo.§. ſed interdum,& l.in rebus §.1.ff.comm.Car.in c.1.col.7.quo tem.mil.niſi culpa ad aliud inferat,quia tali caſu impedimentum etiam culpoſum excuſat ut not.Car.ubi ſupra per gloſ.in c. imputari de reg.iur.& Bar. & Docto. in l.2.§.fi.ff. ſi quis caut.Abb.in c. cum inter de excep.

93 Dormit etiam † præſcriptio tempore feriarum repentinarum,ut not.Abb.& Fel.Anchar. & alij in dicto capit. ex tranſmiſſa,& Bald.in l. ſed nec ad eos.§.ſed feriæ,& in l.ſed & ſi ff.ex quib.cau.mat.Secus autem tempore feriarum uſitatarum, quia tali caſu currit præſcriptio,quia eo tempore poteſt offerri libellus,ut per Anto.in c. præterea de dilat. quod dictum procedit etiam tempore feriarum in honorem Dei,quia etiam tali die quā do res eſt tempore peritura poteſt offerri libellus etiam tempore feriato in honorem Dei.Ant.in c.fin.de iud.Bald.in l.1.C.de fer. Mil.in repert.in uerb.feriæ nu.6. & ſic tēpus ſtatuti currit contra iſtos,quod uerū eſt quā do tempus eſt continuum, ſecus autem ſi utile,quia tunc requiritur ad oblationem libelli quod iudex ſedeat pro tribunali, ut per Bald.

conſ.71.tempus uol.3.& conſi.291. in prin. & uidendum uolu.4.

94 Videtur etiam, † quòd tempore quo quis eſt pauper & nõ habet unde litem ſubſtineat non currat præſcriptio,quia paupertas eſt iuſtum impedimẽtum l.ſi procuratorem §.ignarus ff.man.Abb.in c.ſi ratione de pign. Barb. in cap.ſignificantibus nume.7.eod. tit. Caſſ. deciſ.6.de appell.Bal.in l.1.§.ſi quis ff.ſi quis cau.& late ibi Alexan.Math.ſing.ult. Crem. ſingul.121.Iaſon.in l.inuitus C.de procu.Felin.in cap.ſignificantibus de off.deleg.Par.cõ

95 ſi.102.num.9.lib.4.Bald.† conſi.5.quæritur utrum uiduæ uolum.1.ubi dicit, quòd ſi quis propter paupertatem non appellauerit uel cauſam nõ proſecutus fuerit excuſatur.quod dictum limitatur ab omnibus non procedere in eo, qui ſua culpa incidit in paupertatẽ, ut late per Iaſ.in Authen.resque nume.21.C. com.de leg. Sed mihi uidetur principale dictum doctorum,quòd quis propter paupertatem excuſetur non ita ſimpliciter adaptari

66 ad caſum noſtrum,& ideo † dicas quòd aut pauper erat præſens ubi & debitor, aut abſẽs. ſi abſens ,uidetur legitimè excuſatus,quia nõ potuit mittere procuratorem per ea quæ late tradit Par.d.conſi.cij,numer.9. uolumi.4. aut erat præſens & carceratus uel infirmus,&

uidetur

uidetur idem dicendum aut erat tantum impeditus propter paupertatem, & tũc ego crēdo, quòd paupertas non operetur in præſcriptione, quæ ſola citatione interrumpitur. nemo eſt enim tam pauper & tam mendicus, ut non poſsit aliquem facere citari, & unum no
97 tandum † eſt, quòd ſi quis tempore excuſationis eſſet diues debet docere quòd ex ſequenti tempore poſt impedimentum acquiſiuit diuitias, alias non uidetur fuiſſe pauper tempore quo potuiſſet interrumpere præſcriptionem, ut per Aegid. deciſ. 44. Allegatio paupertatis, Ancha. conſi. 5. Afflict. deciſ. 377. nume. 4. late Tiraq. de utroque retract. in §. 32. gloſ. unica nu. 34.

Et eſt ratio quia de iure paupertas non præſumitur l. ſi defunctus. C. arb. tut. Et ideo qui allegat paupertatem debet illã probare ut in ſimili arguit Anchar. conſi. 214. ex narratis, ubi dicit quòd ſi patronus alicuius beneficij uult aliã rectore ſub prætextu paupertatis debet de illo docere, ut per Laur. Silu. conſi. 2. nume. 66. & Alex. conſi. 130. uolumi. 4. bene uerum eſt, quòd qui prætextu paupertatis uult reſtitui debet docere de bono iure arg. de illo qui vult reſtitui ad appellandum, quia illi nõ datur reſtitutio niſi prius docto. de bono iure Rot. deciſ. v. de reſt. in in

tegrum

tegrum, in nou. & ita iudicatum fuit in una Florens. de anno 1557. coram Illuſtriſsimo Cardinali de Santa Cruce, tunc Auditore, & nuper in una Viſen. parrochialis de præſente Anno de menſe Ianuarij me informante coram R. P. D. Lancelloto.

98 Impedit etiam † curſus præſcriptionis aduerſus eum qui propter obedientiam alicuius uel debitam uel coactam non potuit interrumpere, qđ etiā procedit ſi obedientia eſſet præſumptiua, quia talis obedientia tollit præſumptionem cōtumaciæ etiam perſonaliter citati l. diuus de in integ. reſt. Bal. in l. ſiue poſsidetis in fin. C. de proba. quod dictū procedit etiam in illo, qui propter metum non potuit interrumpere præſcriptionem per ea quæ no. Alexand. conſi. xcix. uolu. 3. & Gom. in tract. Breuium nume. 29. Dec. conſi. ccxix. & in l. in omnibus caſibus, & ibi Cagn. de regul. iur. & ego multa coaceruaui in meo tractat. de prælatione quæſt. quid ſi mulier metu fundum dotalem uendat.

99 Sed poteſt dubitari † An præſcriptio quā dixi pluribus modis interrumpi, interrumpatur per procuratorem creditoris; Breuiter agendo dicendum eſt, quòd aut quis eſt procurator ad lites, & non eſt dubitandum quòd ſic, aut ad negotia, & tunc aut eſt ad omnia

aut ad aliqua tantum. Primo caſu poteſt quia talis poteſt agere, ut not. Specul. in tit. de procur. in prin. nu. 3. & ibi Io. And. Anch. Domi. & alij in c. qui generaliter de procu. in 6. Bar. in l. ſed & ſi procuratorem de iniur. & l. nam & nocere de pact. Imo. in c. fin. de proba. Ale. & alij in l. procuratoribus C. de procu. Aut eſt procurator ad unum negocium tantum, & tunc etiam diſtinguitur, aut eſt ad contrahendum, & tunc quia non habet iſtud in mandato non poteſt excedere uulgatis iu-
100 ribus, aut eſt † procurator ad exigendum, & tunc pro exactione quantum opus ſit talis poteſt agere & litem conteſtari, ut not. Bald. in l. quod quis nu. 1. & ibi alij C. de procur. quia talis uidetur habere mandatum ad iudicia & ad negocia. l. ſi quis ſeruo ff. de ſol. ubi Paulus de Caſtro numero ſecundo dicit quòd exigere eſt ab inuito extorquere, & ſic in iudicio l. fideicommiſſa §. ſi rem ff. de legat. 3.
101 cum ſimil. & aduertendum eſt quòd † procurator ad exigendum niſi expreſſe hoc habeat in mandatis non poteſt ſubſtituere, quia uidetur electa induſtria perſonæ, vt not. Bal. in d. l. quod quis nu. 4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio extraiudicialis regulariter non interrumpit præſcript. ſtatutariam declara nume. 2.*

2 *Litteræ miſſiuæ interrumpunt præſcriptionem.*

3 *Interpellatio extraiudicialis interrumpit de iure communi præſcript. in act. perſonalibus.*

4 *Interpellatio extraiudicialis quomodo fiat.*

5 *Debitor negans ſe non fuiſſe per creditorem interpellatum debet docere de iſta negatiua contra 7.*

6 *Argumentũ a communiter accidentibus tranſfert onus probandi in negantem.*

Vel ſaltem de interpellatione. Gloſ. XXII.

1 INTERPELLATIO † extra iudicialis regulariter non interrumpit præſcriptionem ſtatutariam ſeu legalem l. alienam & ibi Bart. Din. & Alb. de Roſ. ff. pro empt. & notatur in c. olim cauſam de cenſ. gloſ. in l. ult. in uerb. acquirat, & ibi Soc. nu-

me. 19. & Iaſ. nume. & Alexand. nume. 15. ff. de eo. per quem fac. ier. multa coacervat Tiraq. de utroq. retract. in titul. 2. in §. 4. in uerb. conſigner nume. 37. cum ſeq. Fel. in cap. illud nume. 17. & in c. nihil nume. 6. de
2 præſcript. † late Boer. deciſ. 333. num. 4. cum ſequen. ubi dicit etiam quod per litteras miſſiuas interrumpitur præſcriptio. Et ideo ſi nos non haberemus ſtatutum, interpellatio extraiudicialis nihil operaret. quod dictum poſſet declarari procedere quo ad actiones reales, & non quo ad perſonales, quia etiam
3 † de iure communi in perſonalibus ex ſola extraiudiciali interpellatione interrumpitur præſcriptio, ut uidetur uelle Paul. de Caſtr. in l. ſi autem §. ſi homo numer. 3. de re. uend. in prælectionibus nouis per l. ex diuerſo in glo.
4 mag. ff. eod. quomodo † autem fiat interpellatio extraiudicialis late not. Dec. in l. uinum nume. 14. & ibi Iaſ. nume. 15. ff. ſi cer. petat. & Ioan. de Ana. conſi. 5. nume. 3. ubi dicit, quod interpellatio extraiudicialis cõſtituit in mora niſi allegetur aliqua exceptio, quia tali caſu quis non incidit in mora l. ſciendum. ff. de uſur. Sed quia nos habemus ſtatutum quod decidit iſtam quæſt. ideo non inſiſto.

5 Notandum eſt † autem quod ſi creditor diceret ſe extraiudicialiter interpellaſſe debi

torem

torem & debitor negaret, ad debitorem ſpectat onus probandi ſe non fuiſſe interpellatum; ita ſingulariter not. Roma. ſing. 402. quis debet probare per l. in fideicommiſſ. in prin. ff. de uſur. ibi communiter accidit: ſed
6 †locus a communiter accidentibus transfert onus probandi in negantem gloſſ. in l. neque natales C. de probat. hoc dictum Rom. Refert Felyn. in ca. nouit in fi. uerſ. & not. quod neganti de iud. ſed ipſe dubitat, quia iſta eſt mera negatiua, ergo improbabilis, & ego credo quòd dictum Roma. non ſit uerum,
7 quia creditor † dicens ſe interpellaſſe debitorem ad euitandam præſcriptionem fundat ſe in iſta interpellatione, ergo ad ipſum probatio huiuſmodi ſpectat per ea quæ not. Lanfran. & alij in c. quoniam contra de proba. & Ancharan. in cap. 1. de confeſſ. in 6. quid autem ſi creditor dicit debitori ſuo. Ego indigeo pecunia quam mihi debes an dicatur debitor interpellans ut non poſsit præſcribere quod ſic not. Bartol. in l. 1. numero 11. de no. op. nunc. quem ſequuntur communiter Docto. uide igneum in q. 9. an rex Franciæ columm. xxiiij. uerſicul. creditor.

SVMMARIVM.

1 *Actiones quæ tollantur per ſtatutum.*
2 *Actiones redhibitoriæ iniuriarum de dolo & ſimiles temporales non tolluntur per ſtatutum facto debitoris ſed de ſui natura intereunt.*
3 *Actiones perpetuæ non præſcribuntur per debitorem in quem diriguntur uerba ſtatuti, ſecus ſi diriguntur in debitorem,*
4 *Obligatio naturalis quando tollatur per ſtatutum & quando ciuilis & nu. 6.*
5 *Debitor tenetur excommunicato ciuiliter & naturaliter licet tempore excommunicationis excommunicatus non debeat audiri.*
6 *Si ſtatuto cauetur quòd talis cadat a iure ſuo, tollitur obligatio ciuilis & eliditur naturalis.*
7 *Mentio facta per ſtatutum, ut creditores infra certum tempus agant tollit omnem obligationem.*
8 *Statutum Vrbis de præſcript. an tollat actiones reales nume. 11.*
9 *Soror ſi facit generalem renunciationem omnium bonorum, quæ ſibi debentur, iſta renunciatio non extenditur ad res quæ actione reali uendicari poſſunt.*
10 *Teſtator legans liberationem debitoribus*

ſuis

ſuis non dicitur legare debitoribus actione reali,

12 *Res præſcripta ſi reuertitur ad dominum an poſſit per dictum D. bona fide retineri.*

Et ſublatam eſſe actionem Gloſ. XXIII.

1 QVAESTIONIS eſt † quas actiones huiuſmodi ſtatutum tollat; Paul. de Caſtr. in l. ſequitur §. uiam. ff. de
2 Vſucap. dicit † ꝙ aut actio eſt redhibitoria actio iuriarum de dolo & ſimiles, & tunc ſtatutũ tollit has actiones non ex facto debitoris, ſed qa
3 actiones de ſui natura intereunt : aut † ſtatutum loquitur de actionibus ſui natura perpetuis, & tunc ſi ſtatutum dirigit uerba in debitorem, ut præſcribat quatenus ſit malefidei non præſcribit contra præfatas actiones; Si uero ſtatutũ dirigit uerba in creditorem, tunc etiam aduerſus præfatas actiones, ut tenuit Paul. de Caſtr. in d. §. uiam & in l. hæc au
4 tem de ſeruitu. urb. præd. & quia † multum refert ſcire per quæ uerba loquantur ſtatuta ad hoc, ut cognoſci poſſit, quæ actio & obligatio extinguatur Bald. opt. examinat in ca. pri

mo §.ſi quis nume. 10.ſi de feud.fuer.contro. ubi dicit, quòd aut ſtatutum uult creditorem qui infra certum tempus debitum non petit, intelligi ſolemniter liberaſſe debitorem per acceptilationem,uel ei ſolutum fuiſſe in effe ctu; & in his caſibus tollitur naturalis obliga tio, ultra ciuilem ſaltem in effectu Bal.ſequitur Bero.in Rubri.de pręſcript.nume.48.ubi extendit etiam ad ſolutionem præſumptam per ſtatutum, cum ſtatutum poſsit fingere & præſumere,ut per Fely.in c.fina.de præſcrip. nume.6.uerſi.7.Sed Bald.in allegato loco uidetur dubitare de ſuo dicto: quia re uera naturalis obligatio non poteſt tolli, & ideo cũ de iure canonico naturalis obligatio pariat actionem,ut not.Ange.in l.1.§.pueritiam.ff. de poſtul.& ideo poterit recurri ad eccleſiã, ut etiam uidetur innuere Fely.ubi ſupra contra Bald.Sed Bald.defendi poſſet, quia Felyn. præſupponit malam fidem,quo caſu concordant omnes quòd non inducatur præſcriptio;ſed in iſto articulo præſupponitur præſcriptionem induci ex facto, & negligentia creditoris;ex quo etiam de iure canonico tollatur naturalis obligatio, quod maxime procedit quando ſtatutum ſimpliciter non ſe fundat in negligentia;& tunc etiam uidetur uelle Bald.quòd ratione peccati in foro canoni-

co

co non elidatur creditum, ſecus in foro ſtatuentium, & licet Bald. uideatur contrarius in uerbis, cõuenit nihilominus in ſenſu, quia in primo caſu præſupponit bonam, in ſecundo uero malam fidem. Si uero ſtatutum non dirigat uerba ad obligationem ſed ſimpliciter ad creditorem, ut in primo ſtatuto urbis, ubi habetur, quòd creditor negligens in petendo debitum ulterius non audiatur, tunc nulla obligatio tollitur argumento de excommunicato

5 † qui non debet audiri, & tamen ex contractu ante excommunicationem uel etiam poſt debitor ei naturaliter & ciuiliter tenetur, licet interim petitio ſuſpendatur, & propterea ſtatutũ nõ impedit quin poſſit agi in foro eccleſiaſtico niſi alia iuſta cauſa repellat eum, ut quia ſtatutum dicit non audiatur, quia nõ ſoluit gabellam, hoc idem uoluit Bar. in d.l. ſequitur. §. uiã, & Bero. ubi ſupra, & facit quod uoluit Bal. in tit. de pace cõſtãtiæ in §. Imperialis in fin. ubi dicit quòd ſi extat ſtatutum ut talis non audiatur, ſententia pro eo lata ualebit, niſi perſona ſit talis quòd habeatur pro mortua, ut bannitus: ſi uero ſtatutum dicat

6 † quòd talis negligens cadat a iure ſuo; tunc tollitur obligatio ciuilis & eliditur naturalis, ut late per Bart. in d.l. ſequitur §. uiam & Pau. de Caſtr. in l. fin. §. 1. ff. rem rat. hab.

hab.& iſta eſt communis opinio ſecundum quam iudicauit Rot. coram Vorſtio bis de menſe Ianuarij 1541.in fulginatenſi pecunia ria,ut refert Gom.deciſ.91.incipit Bar.l.fin.
7 ſed† ſi ſtatutum incipit a monitione per uer ba ſimilia monemus omnes creditores & do minos, ut agant infra certum tempus , alias priuamus eos ſuo iure,tunc omnis obligatio eſt ſublata,ut per Bald.in c.debitores in fi.de iur.iur.& Fel.in d.ca.fin.uer. ſextam de præſcrip.licet uideatur impugnare ex dicto Bal. in Authen. ad hæc ubi dicit , quòd nulla uis uerborum poteſt tollere naturalem ueritatem,quia ipſe Bald.ſentit contrarium in l.bene a Zenone.C.de præſcrip.30.an. Vbi uoluit quòd ſi extat ſtatutum,ut elapſo certo tẽpore tollatur omnis obligatio naturalis & ciuilis quòd ipſo iure tollitur, quia ſtatutum illud non poteſt quod poteſt imperator,quod etiã procedit ſi diceretur omnis actio & obligatio tollatur.Bart.autem in l.fin.§.ſi.ff. rem rat.dicit,quòd quando quis liberatur tempore ex conditione, quia uoluit eſſe obligatus uſque ad tantum tempus & non ultra tollitur naturalis obligatio,& remanet ciuilis,quando uero quis liberatur quia tempore tenetur actione temporali,ciuilis tollitur & remanet naturalis: quando uero quis tenetur actione

tempo-

temporali,ciuilis tollitur & remanet naturalis:quando uero quis tenetur actione perpetua,ſed liberatur ſpacio.30.uel 40.ann. tunc idem eſt,quia ius ciuile elidit tantum naturalem in effecto.l.ſicut & l. omnes C. de præſcript. 30.an.& hoc ſentiunt ibi Bal.Paul. de Caſtr.& omnes ultramontani uidelicet in d. l.fina.& Bald.in d.l. omnes, & in l. cum quis C.de iur.& fac.ign.Ego nō uideo quare plus poſsit pactum quam lex uel ſtatutum, ita ut ſi per pactum tollitur naturalis, non tollatur etiam per ſtatutū,ſed ut tollatur omnis difficultas, ſtatutū urbis præter clauſulam, quòd creditor ulterius nō audiatur tollit etiā actionem & inducit præſumptionem ſolutionis. pro pleniore autem intelligentia uide Boer. deciſ.344.nume.3.cum ſequen. Maior autē
8 difficultas uerſatur, An ſtatutum† extendatur ad actionem

Realem uel hypothecariam, quæ inter ſe in hoc differunt.Nam regulariter actio perſonalis præſcribitur 30. annis, Realis 40. & Hypothecaria habet diuerſa tempora: quia res Hypothecata præſcribitur a poſſeſſore bonæ fidei ſpacio 10.annorum inter præſentes,& 20 inter abſentes,a male fidei poſſeſſore 30.annis,&contra eccleſiam habentem hypothecariam præſcribitur tantū ſpacio 100. annorum

annorum, gloſ. & Ioan. Plat. in l. apud C. de Ceſ. & cēſit li .xi. ſed ad caſum noſtri ſtatuti in Curia Capitolina fertur diſpoſitionē illius praxi nō extēdi ad actionē realem, & ad hoc Bal. in titu. de act. in princ. nume. 3. dicit, q ſi ſtatutum haberet creditorem negligētem in petendo debitum poſt certum tempus nō audiri, quòd tale ſtatutum non tollit actionem, cū ſit odioſum, & maximè quia in actione reali nō petitur quod ſibi debitum eſt, ſed quod ſuum, & hoc idē ſentit Aretin. in gloſſ. debetur, & Iaſ. nume. 98. idem Iaſ. in l. Aurelius §. Meuius. ff. de lib. legat. ubi de mente
9 Bald. † infert ad quæſtionem quòd ſi ſoror facit generalem renunciationem omnium bonorum quæ ſibi debentur, iſta remiſsio nō extendetur ad res quas poſſet uendicare actione reali. & ideo ſi in contractibus ſub uerbo debitum non comprehenditur actio realis, multò minus in ſtatutis quæ ſunt ſtrictiſsimè intelligenda, & hoc etiam uoluit Pet. Raue in ſuo Alphab. in uerbo ſtatutum, & Petr. duenas de reg. iur. regula 6. limita. 1. & Gozad. in l. 2. C. de pact. int. emp. Bald. conſi. 485. ſtatutō ciuitatis Cumarum uolu. 1. Doct. in l. 1. ff. ſi cert. pet. & in d. l. Aurelius §. Meuia, ubi in
10 † ſpecie Roma. & Bald. in l. cum neceſsitate C. de fideicom. ubi dicit quòd ſi legatur per

teſta-

teſtatorem liberatio omnibus debitoribus, non liberantur debitores actione reali. Alex. conſi.45.uolu.1.alias 402.uolu.2. idem in l. 1.ſi cert.pet.ubi atteſtatur de communi,quia aliud eſt aliquid eſſe meum uel mihi debitũ. gloſ.in clem. Auditor in uerb.debitum de re ſcript.Salic.in d.l. 1.ſi cer.pet.Bald.in l.pe.C. quòd cum eo.& in l.fi.C.de comp.& in l. pa ctum q.12.de coll.Roma. conſi.195. in caſu præſuppoſito Alex.conſi.310.& 428.uol.3. Paul.de Caſtr.in l.hæc autẽ de ſer.urb. præd. & in conſ.285.alias 288. Bald.in l.ueteris C. de præt.pign.ubi dicit,quòd negligentia cre ditoris facit perdere poſſeſsionem, non autẽ ius reale. ſequitur Riminal. in l. 1. de iuriſd. om.iud.in cõtrarium autem quòd actio rea- lis comprehendatur multa adducit Gomeſ. inſt.de act. in prin. nume.69. & uidetur eſſe text.in l.pecuniæ §.hoc uerbum de uerb.ſigni fi.ubi dicitur uerbum debere omnem actio- nem comprehendere,& ibi de reali. & ſentit Alciat.quia ut ipſe inquit in l.creditores co. tit.qui poſsidet rem meam,omnino mihi de bet. Prima opinio eſt magis communis. quã ſequitur Cep. in d.l. creditores, & Fely.in d.
11 cap. fi. de præſcript. ego crederem † quòd in caſu ſtatuti noſtri, comprehendatur etiã realis. quia extenditur etiam ad ius hypothe

cæ

cæ & hypotheca eſt actio realis l. ſi fundus §. in uenditione.ff.de pigno.l. intelligere.C de luit.pign.l.extante.§. Iatinus ff. de excep. rei iud.Bald.conſi.385. ſtatuto ciuitatis Cumarum uolu.1.hic uidemus, quòd in hypotheca uenit quilibet debitor.l. nomen C. quæ res pign.Bald.conſi.25.in q.uertente uolumi.1. & quia iſta fictio inducta per ſtatutum eſt inducta in odium negligentis propter identitatem rationis debet extendi ad omnes actiones etiam in ſtatutis non loquentibus de hypotheca, quia ſtatutum quod intendit uelle dirimere lites, & quòd res in incerto non remaneant, ut not.Paul.de Caſt.in d.l.fina.rem rat.hab. ideo debet extendi ad actionem realē, ne fruſtratoria & inutilis ſit diſpoſitio ſtatuti. & cum finalis intentio ſtatuti ſit dirimere lites, nullū effectum produceret ſi nō extēderetur ad reales actiones, & ideo ne ſit deluſoria eius diſpoſitio uel ludibrio, eſt omnino facienda extēſio de perſonali ad realem l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri.ff.de uerb. obliga.Imol.in l.3.de teſt.late Cepo.in tract. de lega.extenſ.in uerb. de cauſa finali nume. 4.cum ſequen.& hæc dixi quo ad omnia ſtatuta Bald.autem in l.ancillæ nume.9.cū ſeq. C.de furt.dicit, quod huiuſmodi ſtatuta non extenduntur ad publicianam actionem, ut la

te

te ibi per eum.

12 Sed poteſt dubitari quod† ſi poſtquam ui gore iſtius ſtatuti ſublata eſt omnis actio Domino in fauorem creditoris: Deinde res ipſa ſic præſcripta reuertitur ad dominum, An talis dominus non obſtante præſcriptione huiuſmodi poterit rem ſuam retinere & expellere illum, qui præſcripſerat. Anch. in c. cum dilectus nume. 4. 5. de ord. cogni. mouet iſtam q. & tenet quòd ſic; referens ſe ad not. in l. ſi quis emptionis C. de pręſcript. 30. ann. & Authen. niſi triennalis C. de bon. mat. uide Bald. in d. l. ſi quis emptionis in prin. nu me. 3. & in §. ſed hæc ea l. Rip. in Rub. de cap. poſſ. & Præp. nume. 44. dicit hanc eſſe communem opinionem de mente Ioã. in l. ſi quis emptionis de præſcript. 30, uel 40. an.

Adde etiam quòd ſi ille qui præſcribit ma la fide cadat à poſſeſsione, & poſſeſsio perue nit ad alium, ille tertius non põt repellere do minum uendicantem neque allegare præſcri ptionem ab aliquo factam. Aret. conſi. 103. nume. 8. not. in l. ſi quis emptionis C. de præſcript. 30. ann. & ibi Doct. niſi forte ille tertius eſſet bonæ fidei emptor, & haberet rem etiam ab alio bonæ fidei emptore, qui emerat a malo, quia in tali cauſa non habet locum auct. male fidei, ut ibi dicit Ioã. Fab. im

mo

mo ſubdit quòd ſi debitor qui ſciebat rē obli gatam alienat, emptor nihilominus præſcribit hipothecam, ut per Specul. in titul. de præſcrip. §. quod ſi debitori, uerſi. ſed nunquid, & Affiict. in uſibus feud. tit. ſi de feud. fa. cont. int. Rom. & agno. nume. 7. & ſeq. ubi late examinat quando eiectus repellatur præſcriptione.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio iuris habet uim legitimæ probationis.*

2 *Qui habet præſumptionem iuris pro ſe releuatur ab onere probandi.*

3 *Probatio ad impugnandam præſcriptionem iuris debet eſſe apertiſſima.*

4 *Præſumptio hominis quæ ſit.*

5 *Contra præſumptionem iuris non admittitur aliqua conſuetudo uel ſtatutum.*

6 *Iuramentum ſi præſumatur a ſtatuto doloſum, nihil operatur.*

7 *Præſumptio iuris licet releuet ab onere probandi non tamen releuat ab onere allegandi & articulandi.*

8 *Teſtes inducti ad probandam præſcriptionem debent probare de continuatione poſſeſſionis.*

Teſtis

9 *Teſtis ſi dicat aliquem poſſediſſe a 16.annis & citra non probat continuationem poſſeſſionis.*

10 *Dictio &, denotat continuationem.*

Quæ præſumptio iuris eſſe intelligatur. Gloſſ. XXIIII.

1 PRAESVMPTIO† iuris habet uim liquidiſsimę pbationis l.licet,ubi Alexã. & Iaſo.de legat.primo l.ſi tutor C. de pericul. Tut. Cur.Iun.in Rub.C.de edẽ. nume.26.& in l.fin.num.52.C.de edict. diu. Adria.tollen.& in Rubri.C.de pact. num.11. Dec.conſi.54.nume.3.& conſi.222. nume. 8.& Socin.Iun.conſi.1.nume.17.& conſi.3. nume.35.uolumi.ſecundo Alexa.conſi.193. uolum.ſecundo & conſi.483. uolumi.5.late Tiraq.in l.ſi unquam in uerbo donatione lar gitus nume.188.C. de reuocan. donatio. & Felin.in ca,quanto nume.2.de præſumptio.

2 & eſt†tanti roboris præſumptio iuris, quòd qui habet eam pro ſe releuatur ab onere probandi,& transfert onus in aduerſarium. Barto.in l.illa.ff.de uerbo.obliga.& ea de cauſa transfert onus probãdi in aduerſarium, qui

natura eius non eſt firmare pedes ſuper eo, quòd præſumitur, in tantũ quòd aliquid ſtatuat; ut per Felin.& Abb.in dicto cap.quanto de præſumptio.hinc uidemus ſtatutum admittere probationem in contrarium, uerum
3 eſt.quòd†probatio debet eſſe apertiſsima & clariſsima ad impugnandam præfatam præſumptionem l.fin.ff.quòd met.ca. & Specul. in titu.de probatio.§.fin. dicit quòd ad impugnandam huiuſmodi præſcriptionem requiruntur tres teſtes,uel ſaltim duo multum excellentes,& omni exceptione maiores; & ideo Albericus Fulgo.Iaſ.& alii in l.ſi extraneus.ff.de condit.indeb.dicunt, quòd uolens inſurgere contra huiuſmodi præſcriptionem grauatur duriore probatione; & eſt ratio, quia ut not. Felin. in Rubri. de probatio. nume. 2. ille qui habet præſumptiones uel coniecturas a iure approbatas perinde probat ac ſi uerè & propriè intentionem deduxiſſet, in l. ſi tutor.C. de procu.tut.& ibi Bald. dicit, quòd ubi requiruntur probationes liquidiſsimæ ad uictoriam reportandam ſufficit probare per præſumptiones a iure inductas pro eius dicto multa accumulat Fely.ubi ſupra & notandum eſt, quòd præſumptio iuris in hoc differt a præſumptione hominis,ut not.Bald.in l.ſiue poſsidetis

C.de

C.de probatio. ex eo quia præſumptio iuris exprimitur a l.mera,& certa ſcientia legis; p-
4 ſumptio † autem hominis eſt quando lex eã non exprimit;ſed eam relinquit arbitrio iudicis,qui conſiderata qualitate perſonarum habeat arbitrari not.etiam Cur. Iun. in l. prima numero 45.ff.ſi cert.petat.& ſciendum eſt q
5 †cõtra præſumptionem iuris non admittitur aliqua conſuetudo ſiue præſcriptio,niſi ſit inducta a tanto tempore cuius initij memoria non habeatur. Pariſ.conſi.25.nume.23.uolumi.primo Aretin.conſi.132.Alexand. conſil. 14.uolumi.quarto quod dictum uerificatur etiam quando diſpoſitio per uiam conditionis exigeret probationem,ut not.Pariſ.conſil.lxxx.numer.xvj. uolumi. primo,& Dec. in Rubr.de præſumpt.num.24.cum ſequen. qui multa coaceruat,eſt etiam tanti roboris iſta
6 præſumptio,quòd† ſi a iure uel a ſtatuto præſumatur aliquod iuramentum dolosè præſtitum,illa præſumptio habetur pro ueritate & annullat contractum. Socin.Iun.conſil.3.nume. 35.uolumi.ſecundo per Docto.Petr. de Ancha.in conſi.330.& Alexan.conſi.151. uolumi.7. & Corn. conſi. 135.uolumi. primo & conſi.99.& 121.uolumi. quarto,Barb. conſil. 21.uolumi.primo, & de communi atteſtatur Socin.ubi ſupra.eſt tamen ad unum aduertendum

7 dũ ꝙ † licet pſumptio iuris releuet ab onere ꝓbandi, nõ tamẽ releuat ab onere allegãdi &, articulãdi, q̃a hmõdi pſũptio licet nõ ſit pro bãda, eſt tamẽ articulãda, ut uoluit Bart. in l. cũ ſeruus de uerb. obligatio. & Par. cõſil. 27. nu. 89. volu. primo, vbi dicit quòd non præſumitur præſcriptio niſi allegetur & probetur, ut in c. litis de præſcript. & quo ad præſumptionem iuris ſimpliciter a iure uel ſtatuto inductam, quòd requiratur allegatio & articulatio tenuit Soc. Iun. conſi. 7. nume. 9. uolumi. primo. & Thom. Doccius conſi. 204. & Socin. Senior conſi. 149. nume. 6. uolumi. primo, quòd dictum reſtringitur per eundem Socy. Iun. conſi. 29. nume. 19. uolumi. primo quando præſumptio iuris oritur ex facto illius qui debet eam allegare, alias ſecus, ut per Barto. in l. cum quid ff. ſi cert. petat. ſed dicendum eſt de mente Bald. in conſi. cccxcv. Petrus Lũbard. uol. 3. ꝙ aut lex ſiue ſtatutũ pſumit ſup eo ꝙ cõſiſtit in aĩo ꝓprio, & tunc debet allegari, quãdo pſumitur l. ſi adulteriũ cũ inceſtu §. 1. ff. de adult. aut cõſiſtit in aĩo alieno, & tũc ſufficit allegare qualitatem ex quo illud quod lex præſumit inferatur l. omnes §. Lutius ff. quę. in frau. cred. Alias ſemp debet allegari res ipſa, ut per eundem Bald. conſil. ccccij. Io. Simonem uolumi. eod. ubi dicit ꝙ vbicun-

vbicunque aliquid eſt neceſſarium ad inten-
tionem fundandam dato quod illud præſuma
tur a iure adeo ut in dubio non ſit neceſſe ꝓ-
bari, eſt tamen ſemper neceſſe allegari. Sed
aduertatur, quia iſta doctrina quæ habet, ꝙ
præſcriptio non eſt probanda ſed tantum al
leganda non uidetur tuta, nam ſi dico præſcri
pſiſſe, neceſſe eſt, ut doceā de præſcriptione,
alias omnes creditores defraudarentur, quia
ſemper debitores allegarent præſcriptionē,
& de hoc etiam dixi in ulti. gloſſ. concordan-
do opiniones. poteſt dici eſſe uerum in præ-
ſcriptione quæ habet præſumptionem iuris;
ſed ſi quis debitor, ſeu qui uult præſcribere
fundat ſe in tempore, dico quòd præſcriptio
non eſt allegāda, ſed etiam probanda, & ideo
dicendum eſt, quòd ſi quis dicat uigore ſtatu
ti præſcripſiſſe aliquam rem immobilem, qa
eam per 16. annos poſsiderit, debet probare
tempus 16. annorum, & quantus uelit proba
8 re per teſtes; debent † teſtes deponere de con
9 tinuatione temporis 16. ann. ita † quòd ſi te-
ſtis deponeret talem poſſediſſe a 16. annis &
citra per iſtud teſtimonium non eſſet proba
ta præſcriptio; quia ut dicit Anchar. in cap. li
cet nume. 14. de probat. tempus præcedens vſ
que ad tempus teſtimonij lati uidetur, includi
& ſic detrahi debet tempus quo fuit facta ci-

tatio,& conteſtatio in cauſa, quod tempus detractum facit, ut præſcriptio quæ requirit extremitatem temporum non ſit perfecta l. more C.de rei uendi.& idem eſſet ſi teſtis diceret poſſedit 16.annis citra, quia poſsidendo per unum diem,ut dicit Anchara. ubi ſupra uerum eſt,quòd poſſedit a 16.annis citra, ut per Docto.in cap.ad audientiam de præſcriptio.& in cap.Abbate de uerbo.ſignificatio.ſecus autem ſi teſtis diceret talis poſſedit
10 16.annis & † plus uel & citra propter copulam illam,&, quæ denotat continuationem perfectam ad not. in c. inter dilectos de fid. inſt.hæc uolui notare hic, quia Anch. in d. c. licet dicit omnino eſſe aduertendum, ut qui articulant faciant articulos continentes poſſeſsionem continuatã & de natura dictæ dict. & late dico in tract. dictionum: in dictione ac,& dict.&.

Si uero teſtis deponeret de tempore præſcriptionis per dictionem circa,tunc aduertatur ad articulos,quia ſi articulus dicit quòd talis poſſedit per 17.annos & teſtis diceret ꝙ poſſedit per articulatum tẽpus incirca, bene doceretur probata præſcriptio quia in ſtatuto urbis ſufficiũt 16.anni,& illa dictio circa, parum detrahit de tempore articulato,ſed ſi articulus eſſet quòd talis poſsedit per 16.annos

nos illa dictio denotat perfectionem tot temporis, & propterea ſi teſtis dicat tunc incirca, quia ut dixi illa dictio detrahit non autem auget, non diceretur probata intentio actoris Barto. in l. Celſus. Vbi Claud. de Seiſſel. & Balb. nume. 149. ff. de uſucap. ubi late de iſta & ſimilibus dictionibus & Pariſ. conſil. 104. nume. 13. uolum. 1. Deci. cau. cccliiij. & late Soci. Iun conſi. cxxxv. colum. 2. & Gozad. conſi. 55. nume. 9.

SVMMARIVM.

1 *Probatio contra præſcrip. quo in loco fieri debeat.*

2 *Confeſsio extraiudicialis qua ego confiteor dominium rei meæ eſſe tuum non mihi præiudicat.*

3 *Confeſsio extraiudicialis tollit præſcriptionem.*

4 *Confeſsio facta coram arbitratore uel arbitro dicitur extraiudicialis.*

5 *Omnis confeſsio cum cauſa parit plenum præiudicium confitenti.*

6 *Confeſsio uerbalis tantum operatur ad oſtendendum perſonam obligatam, quantum traditio facta cum cauſa ad translationem dominij.*

7 Confeſsio extraiudicialis facta parte præſente facit plenam probationem etiam in præiudicium hæredis confitentis.

8 Renuntiatio non requirit præſcientiam iudicis niſi fiat a perſonis prohibitis.

9 Confeſsio extraiudicialis ad hoc ut operetur requirit acceptationem fallit parte præſente.

10 Negatiua non poteſt probari.

11 Triplex eſt negatiua.

12 Magis creditur duobus teſtibus affirmantibus quam mille negantibus, fallit nu. 13.

14 Mera negatiua probatur per confeſsionẽ propriam.

15 Confeſsio non eſt probatio ſed probationis releuatio.

16 Confeſsio propria tollit præſumptionem iuris & de iure.

17 Confeſsio partis quòd ſententia lata ſit nulla facit etiam retractare.

18 Teſtis deponens de facto proprio in aliena cauſa probat.

Niſi contrarium probetur per debitorem. Gloſ. XXV.

ORIVNTVR ex iſtis uerbis duo non modicæ conſiderationis & utilitatis. Primò quo in loco debeat probari contrarium per creditorem. Secundo quomodo de-
1 beat fieri iſta probatio. quo ad primum † uidetur dicendum, quòd probatio ſit facienda in iudicio, quia quod fit extraiudicialiter non probat per ea quæ not. Paul. de Caſtr. in rubric. C. de prob. nume. ſecundo. ubi dicit, quòd probare eſt iudici fidem facere de eo quod coram ipſo diſceptatur. l. quinquaginta in fin. ff. eo. ca. ſtatutum §. cum uero de reſcript. in 6. & Feli. in rubri. de probatio. nume. 1. not. Innocentius in cap. forus §. cauſa de uerbo. ſignificat. & fa-
2 cit quòd not. Corſet † ſingul. 4. in uerb. confeſsio nume. 4. ubi dicit quòd confeſsio extra iudicialis qua ego confiteor dominium rei meæ, eſſe tuum, non mihi præiudicat niſi fiat in iudicio l. cum falſa C. de iur. & fac. igno. Bald. in auth. ſed iam neceſſe. uerſicu. quarto quæritur C. de donat. dicit, quòd quando lex fingit probationem inducendo ꝗ non admittatur probatio per teſtes, uel inſtrumenta; ſed tantum per legitimam confeſsionem apud acta factam tenet idem Bald. in l. in contractibus in 4. q. C. de non nume. pecu. ego au-

tem

3 tem † credo ꝙ etiam poſſit fieri huiuſmodi probatio extra iudicium, quia iſta confeſſio eſt de illis quæ pendēt a ſola uoluntate confitentis cum nemo poſſit eum cogere ad confitendum debitum, attenta ll. præſcriptione, & ideo talis confeſſio ualet ut no. Mil. in uerb. confeſſio uerſicu. confeſſio facta parte abſente, ubi dicit etiam, quòd de iure canonico ſemper ualet confeſſio etiam parte abſente, quia ſola mens ſufficit. Anto. de Butr. in cap. ſi cautio ſecunda colum. de fid. inſtru. præterea facit, quod diximus per confeſſionem, & acta facta coram arbitro interrūpunt pręſcriptionem. Sed non eſt dubitandum quòd con
4 feſſio † facta coram arbitratore uel arbitro dicitur confeſſio extraiudicialis Mil. in reperto rio ubi ſupra in uerb. confeſſio facta coram arbitratore per ea quæ no. Anton. de Butr. in cap. quintauallis §. 4. de iur. iur. idem Mil. ibi in uerb. confeſſio extraiudicialis numer. 58. dicit quòd cōfeſſio extraiudicialis plenè probat in ciuilibus, & Matheſ. in ſuis ſingul. nu. 13. dicit ꝙ cōfeſſio facta parte pſēte extraiudiciū inducit ſemiplenā probationē, & eſt ſufficiens ad delationem iuramenti neceſſarij. l. inſtrumenta C. de probat. gloſ. in l. 3. §. eiuſdem ff. de teſtibus & in l. fina. in uerb. natiuitate C. de con. fiſ. deb. lib. 10. & hæc procedunt

dunt quo ad confeſsionem factam extraiudicium ſine cauſa. ſed ſi facta ſit cum cauſa, tunc plene probat per ea quæ not. Bartol. in l. certi conditio §. ſi nummos ff. ſi cert. petat. & facit etiam quæ notat Abba. in capit. cum dilectus de ſucceſ. ab inteſt. Felin. in c. olim nume. 9. de reſcrip. & Boer. in deciſ. 90. nume. 5. & Felin. poſt Abb. in cap. ſi cautio de fid. inſtrumento. Corn. conſi. 300. uolumi. 1. & conſi. 268. uolumi. tertio late Iaſ. in d. l. cũ, falſa C. de iur. & fac. ign. & Docto. in l. generaliter C. de non nume. pecu. in quibus locis not. Doct. quando confeſsio extraiudicialis probet, & Din. conſi. 48. num. 14. dicit quòd omnis confeſsio cũ cauſa parit plenum præiudicium confitenti, quia quod quiſque confitendo proprio teſtimonio dilucide proteſtatus fuit, non poteſt ex pœnitentia reuocare, maxime quia tantum operatur uerbalis confeſsio ad oſtendendam perſonam confitentis obligatam quantum operatur traditio facta per tranſlationem dominij & Maran. in ſua prax. de ordi. iud. par. 6. de confeſ.
7 nu. 2. & 12. dicit, quòd confeſsio †etiam extra iudicialis parte præſente plenam probationẽ facit etiam in præiudicium hæredis confitentis per ea quæ not. Socin. conſil. 227. uolumi. ſecundo, & Alexan. conſi. 19. uolu. 4. ex quo

uidetur concludendum quòd debitor confitendo, uel iudicialiter uel extraiudicialiter, præiudicat ſibi. quòd maxime debet procedere in caſu noſtro, quia iſta præſumptio ſolutionis non eſt ſine fauore debitoris, & ideo ei
8 renunciari poteſt extraiudicialiter cum † renunciatio non requirat præſentiam iudicis niſi fiat a perſonis prohibitis per ea quæ notantur in l. ſi quis in conſcriben. C. de pact.
9 uerum eſt quòd neceſſarium eſt † ſecundum Iaſ. Cur. Iun. & alios in l. poſtquam liti, ut cõfeſsio extraiudicialis acceptetur per partem ad hoc ut confitenti præiudicet. & hoc uidetur tenere Alexan. in conſ. 20. uolum. quarto. ſed iſtud procedit in confeſsione facta parte abſente, quia ſi fit parte præſente nõ requiritur acceptatio, ut atteſtatur de communi Mara, ubi ſupra nume. 2. & ſic ex his patet confeſsionem extraiudicialem nocere confitenti & elidere præſumptionem ſtatutariam.

Et iſtud adeo uidetur eſſe uerum quod ſi per unum teſtem tantum probetur cõfeſsionem fuiſſe factam parte præſente, & extent alij teſtes ſingulares qui deponant de dicta cõfeſsione facta parte abſente dicitur cõcludenter probata intentio creditoris Paul. de Caſtr. conſi. 109. uolu. 2. Pariſ. conſi. 57. uol. 1. Crauet. conſi. 45. nume. 6. & late Roland.

conſi.

conſi.82.nume.42. cum ſeq.uolu.2.ubi dicit quòd, teſtes deponentes de confeſsione extraiudiciali facta diuerſis loco, & tẽpore, probatur quia confeſsio eſt actu reiterabilis,& in actu reiterabili non conſideratur ſingularitas in teſtibus, Alexan. conſi.53. in fi. uolu.1. Maſ.conſi.5.nu.6.& 8. Deci.conſi. 655.& Corn.conſi.247.uolu.2.

Sed quæſtionis eſt quomodo iſtud probari poſsit per debitorem cum probatio conſi-
10 ſtit in negatiua &†negatiua non poſsit probari ut per Bal.in cap. bonæ il ſecundo de
11 elect.ſed ſciendum eſt quòd†triplex eſt negatiuæ ſpecies,ut per Lanfr.in cap.quoniam cõtra in principio nume.7. una facti,alia iuris, tertia qualitatis.& ex his omnibus alia eſt pura & ſimplex, alia coarctata loco & tempore.Prima eſt improbabilis niſi ſit coniuncta ſenſui teſtis,per ea quæ not.Bald.in l.cum nume.1.C.de con.in horr.pub. Secũda autem, quia ponit aliquid in eſſe poteſt ꝓbari Mil. in Repert. in uerb. negatiua late. Tiraq. de utroque retract.in pri.titu.§.32.in gloſ.unica nume.94.cum ſequen.Ancha.in c.1.de cõfeſſ.in 6.ubi dicit,quòd iſta negatiua eſt probabilis, ſicut affirmatiua ; ſed aduertatur ꝙ quando dicitur negatiua non poſſe probari, procedit reſpectu teſtium, qui cum debeant

depo-

deponere ſuper eo quòd perceperint altero ex quinque ſenſibus corporis; ut not. Innocen.in cap.cum cauſam de teſtib. ideo dicitur improbabilis,quia dicere talis non fuit citatus,non cognouit talem,non poſſunt cadere in ſenſum teſtis & ideo non probant.
12 Hinc† eſt quòd dicitur plus credi duobus teſtibus affirmantibus quam mille negantibus l.diem proferre §.ſi plures.ff.de arbit.niſi te-
13 ſtes† deponerent etiã negando de ea re quæ poteſt cadere in ſenſum, ut ſi diceretur iſta res nõ ualet decem & aliqui dicant quòd ſic, ſtabitur maiori numero teſtium,& ſi par eſt numerus præualebit teſtimonium illorũ qui deponunt de minori, ſiue negatiua,per Ancha.in c.1.de arbit.in 6. Bald.in c.1.nu.3. de content.inter me & dom. Specula.in titu. de homicid.§.1.uerſi.ſed pone. Sed nos ſumus in probatione negatiua per ipſum debitorẽ:
14 quo caſu† mera negatiua indiſtinctè probatur per confeſsionem, ut Anchar. in c.1. de cõfeſsio.in 6.& Mil.in uerb. negatiua per ea quæ not.Anto.in cap.ueſtra de coha.cler. Felin.in rub.de probatio.numc.6. & ibi Anto. Imol.& Abb.ſed facit dubium quomodo cõ
15 feſsio† debitoris probet cum non ſit probatio,ut per Docto. & maxime Dec. in rubr. extra de probat.qui atteſtatur de communi,

con-

confeſsionem non eſſe probationem. Iſta opinio poteſt facile tolli ꝑ ea quæ not. Din. conſil.4.nu.20. ubi dicit quòd confeſsio & probatio pares ſunt per ea quę notantur in l. proinde §.nondum ad l. Aquil. Ita quòd quē admodum confeſsio uenditoris poſt confeſſionem factam non nocet emptori, nec probatio contra uenditorem arg.l. facta §.ſi hæres.ff.ad Trebell.& faciunt not.per Ancha.in d.cap. 1.de confeſſ. ubi dicit quòd confeſsio eſt ſpecies probationis, immo inter genera probationum ponitur ut per gloſ.in l.1.C.de eden.Maran. in ſua praxi in parte 6. in uerb. de confeſsione nume.1.& Paul.de Caſtr.in l. 1.nume.2.ff.de confeſſ. & in l. 1.C. eod. Fel. & in Rubr. de proba.nume.6. ubi dicunt ꝙ licet proprie loquendo non ſit probatio, eſt nihilominus probationis releuatio, & ideo ſtatutum poteſt uerificari in confeſsione debitoris, quod multo magis procedit, quia cō feſsio debitoris non inducitur ad obligandū, cum iam conſtet de oblig. ſed ad tollendum præſumptionem quæ oritur ex ſtatuto, iccirco non eſt neceſſaria alia probatio, ubi con feſsio interuenit arg.ca.quoniam de fil. presbit.cap.ſecundo de confeſſ.gloſ. in ca. euidentiam de accuſat.Pragm.ſanct. in titu. de elect.§.ad tollendum in uerbo libere colū.

quinta Bald.conſ.ſtandum eſt uolu.3.Feli.in
16 rubri.de probat.nume.6. immo †confeſsio partis eſt tanti roboris, quòd non ſolum tollit præſumptionẽ iuris de qua in ſtatuto ſed etiam iuris & de iure ut notatur in Auth.ſed iam neceſſe C.de donat. Bald. in conſi.190. Sempronius uolum.2.& conſi.354.quæritur utrũ in priuata ſcriptura uolu. tertio Alciat. in tract.de pſumpt.in arg.2.par. & Innocen.
17 †in ca.plerunque immunit.eccleſ.dicit quòd confeſsio partis, quòd ſententia lata in ſui fauorem ſit nulla, facit eam retractare etiam ſi tranſierit in rem iudicatam ſequitur Abb. in cap.is qui de ſponſ. & ibi Præpoſit. & Aim. conſi.60.& Bal.dicto conſi.190. dicat quòd uelit Alciat.ubi ſupra quòd confeſsio ad hoc ut operetur contra præſumptionem iuris & de iure requirit ut fiat in iudicio, quia tunc ad inſtar ſententiæ uel laudi emologati habet executionem paratam, per ea quæ not. Boer.conſi.25.nume.15. Regulariter enim uolunt omnes in alleg. locis, quòd ubicunq; facta ſit plene præiudicet confitenti, nec mirum eſt quia licet dictum unius ſit dictũ nullius nihilominus teſtis uel alia perſona deponens de facto proprio ſufficienter probat in aliena cauſa & in ſua quatenus contra ſe Pau. de Caſt.in l.quicunque num.17.de ſeru. fug.

& conſi.

& conſi.739.ſequitur Iaſ. in l. cum filiusfam. nume.17.de uerbo.obligatio. Alexan. conſi. 197. uolumi.tertio.Soci. conſi.49. nume.2. uolumi.tertio.Cur.Iun.conſi.165. nume.21. Par.conſi.104.nume.80.uolum.1. Soc.reg. 422.fall.3.& latiùs de robore confeſsionis in ſeq.glo.

SVMMARIVM.

1 *Probationum ſpecies ſunt decem.*

2 *Præſumptio inducta per ſtatutũ de præſcrip. non eliditur per inſtrumenta nec per iuramentum.*

3 *Cõfeſſio debitoris tollit præſcriptionẽ ſtatuti.*

4 *Confeſſio facta in precibus non poteſt reuocari etiamſi reſcriptum ſit ſurreptitium ut nu.5.*

6 *Ex inſtrumento & contractu nullo oritur cõfeſſio, & nume.10.*

7 *Agens poſſeſſorio recuperante repellitur confeſſione per ipſum facta, quòd dominium ſit rei.*

8 *Confeſſio facta in iudicio habet uim ſententiæ & rei iudicati.*

9 *Dicta teſtium nunquam reducunt ad cõcordiã cum confeſſione producentis.*

11 *Confeſſio facta per uerba enunciatiua in aliquo actu in quo pars poteſt ſibi præiudicare*

etiam ſi ſit emiſſa propter aliud plene probat contra confitentem.

12 *Confines probantur per inſtrumentum in quo fuerunt enunciati per illum qui poteſt ſibi præiudicare.*

13 *Confeſſio relatiua ad illud quod eſt nullum non probat.*

14 *Præſumptio iuris & de iure infringit præſumptionem ſtatutariam.*

15 *Res iudicata, euidentia rei, & uehemens opinio tollit præſumptionē ſtatutorum & nu. 16*

17 *Probatione ſublata nunquam intelligitur ſublata quæ eſt notoria & clara.*

18 *Præſumptio ſpecialis tollit generalem.*

19 *Præſumptio ſtatutorum tollitur ſi admittitur probatio in contrariũ parte non opponente.*

20 *Statuta uel leges tollentes probationē in contrarium intelliguntur de directo contrariæ.*

21 *Stante ſtatuto quòd bona adiudicata creditoribus mercatorum deficientium ſint pleno iure poſt certum tempus ſua & non audiantur illa repetentes poteſt opponi de non adiudicatione bonorum deficientium.*

22 *Reſtitutio in integrum poteſt peti aduerſus præſcriptionem iuris & de iure.*

Vel niſi contraria præſumptio.
Gloſ. XXVI.

Vel

1 VEL niſi contraria præſumptio. Bald. † in Rub. C. de prob. nume. 5. dicit quòd 10. ſunt ſpecies probationu. 13. per inſt. per teſtes, per confeſsionem, per iuſiurandum, per rem iudicatam, per rei euidentiam, per uehementem hominum opinioné, per rationem naturalem, per rationem coniecturalem, ex coniectura legis, & per rationé coniecturalem ex coniectura hominis, & per omnes iſtas probationes aliquando tolluntur præſumptiones. Rebuff. in concord. in titu. de regia. §. ult. glo. ſpecie, ponit alias decem ſpecies probationum, ut ibi late per eum. ſed uidendum eſt an iſtud procedat in caſu noſtro.
2 & primo † quo ad probationem per inſt. dicendum eſt præſumptionem ſtatutariam nó elidi, quia annullatur probatio inſtrumentorum ab eiſdem ſtatutis. ſimiliter non eliditur per iuramentum, ut per Bal. in dicto loco. ſed latius uideas eum in Repet. l. 2. ff. de iur. iur.
3 eliditur † autem præſumptio de qua agitur per confeſsionem debitoris, quia ubi eſt confeſsio partis, nó eſt neceſſaria alia probatio. no. Bald. conſi. 41. ſtandum eſt uolumi. 3. Fely. in Rub. de prob. nume. 6. Imò eſt tantum roboris confeſsio partis, quod per eam tolli-

tur non ſolum præſumptio iuris ſed etiam iuris,& de iure ut not.Doct.in Aut.ſed iam neceſſe.C.de donat.& Bald.conſi.190.Sempronius uolum.2.& dixi in gloſ. niſi contrarium
4 probetur. Immo † ſi confeſsio fieret per partem in precibus non poteſt amplius contrarium probari. Doct.in l.cum præcum : C. de lib.ca.Par. conſi. 88. uolumi. 4. & Alexand. conſi. 102.uolumi.2. Vbi dicit quòd huiuſmodi genus probationis ſuperat omne aliud. Idem Paris conſi.99.nume. 13. uolumi. 3. & conſi. 111.& 160.nume.36.uolumi.4. Aimo conſi.171.Egid.deciſ.684.& 691. quod pro-
5 cedit†etiam ſi reſcriptum eſſet ſubreptitium, ut per Ioan.Andr.in c. cum in poſitionibus de iur.iur.lib.6.Abb.conſi.38.uol.1. & Dec.
6 conſi.cclxxiiij.& dxxxv.num.4.quia†etiam ex inſtrumento & contractu nullo oritur confeſſio,ut not.Bart.Ange. Imol. Paul. de Caſtr.& alij in l.ſi ita ſtipulatus.§.Griſogonus de uerbo.obliga.& Bartol.in l. decem, in fi.ff.eod.
7 tit.Immo † ſi per confeſsionem actoris conſtaret de dominio rei,denegaretur ei reſtitutio agen.poſſeſſorio recuperandæ Par.conſi. 113.nume. 23.uolum.1.ubi allegat Angelum in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de ui pub. & Par.in dicto conſil. 113. dicit quòd admittitur probatio in contrarium ad præſumptionem

ptionem centum annorum per confeſsionē partis;per ea quæ ibi ipſe allegat, & per Cepol.in Tract.de ſeruit. in rubr. quomodo &
8 quan. & qual. conſtituatur.& Maran.† in ſua praxi in 6.par.nume.21.dicit quod confeſsio partis eſt tantæ efficaciæ, quòd ſi fiat in iudicio habet uim ſententiæ & rei iud.adeo quòd non expectat aliud niſi præceptum de ſoluendo.l.unica.C.de conf.& Corn.conſi.ccxxiiij. in litera.o.uolum.4.ut refert & ſequitur Maran. in dicto loco,dicit quòd præfata confeſſio infringit omnes probationes factas per teſtes uel inſtrumenta in fauorem confitentis contrarium; & quod notādum eſt perpetuo
9 dicta † Teſtium nunquam reducuntur ad concordiam cum confeſsione producentis, ita not.Rom.in conſi.391. in fin. nec mirum eſt quia tollit etiam præſumptionem iuris & de iure;quæ non eliditur per quamcunque aliam probationem,& omnes doct. in d. auth. ſed iam neceſſe,& licet poſt concluſionem in cauſa regulariter non admittatur probatio; ut not.Rot.in dec. 1.alias.9.de probat.in antiq. per ea quæ not. Docto. in c. paſtoralis ſuper uerb. concluſum,ubi late Innoc.de cap.poſſ. nihil.admittitur ſemper probatio per confeſſionem , ut tenet Bald.in Rubr.C.de proba. & ibi Paul. de Caſtr.& per Maran. ubi ſupra

10 nume. 23.& nume. 24. Vbi † dicit quòd iſta cõfeſsio eſt tantæ efficaciæ quod etiam ſi fiat in proceſſu inualido non obſtante nullitate proceſſus, poteſt ex ea ferri ſententia per ea quæ not. Bar. in l. ſi confeſſus ff. de cuſt. reor. & Alexand. conſi. xxxiiij. uolum. 3. Afflict. de-
11 ciſ. ccclxxij. num. 8. Immo † etiam ſi ſit facta per uerba enunciatiua in aliquo actu in quo pars confiten. poſſet ſibi præiudicare etiam ſi ſit emiſſa propter aliud, facit plenam fidem
12 contra confitentem arg. † quæ not. in l. optimam. C. de cõtrahen. empti. ubi dicitur quòd ſi in inſt. aliquo enuntiantur confines, ſi enuntiantur ab his qui poſſunt ſibi præiudicare uere & plene probantur, nec poteſt admitti probatio in contrarium ut per Vitalem in Tract. clauſularum in uerb. de uerbis enuntiatiuis productis in actis liberatoris mihi fol. 265. Mar. Soci. in clem. 1. de probat. Soci. in conſi. 21. uolu. 2. Cin. in l. nudis uerbis. C. de probat. & Imol. in l. ex hac ſcriptura. ff. de donat. quòd etiam procedit quando confeſsio haberet actum qualificare, ut not. Bald. in d. l. optimam, & in conſi. cxciiij. in cauſa uertente uo-
13 lum. 1. fallit † autem quando confeſsio eſſet relatiua, & illud ad quod ſe referret eſſet nullum, quia huiuſmodi confeſsio nihil probat, ut not. Rom. conſi. ccxciij. & Dec. conſi. 63. nume.

nume.6.& conſi.ccccl xiij. numer.14.Doƈto. in l.in teſtamento.ff.de condit. & demonſtr. Bald. in l. ij. C. de err. aduoc.& ſic huiuſmodi confeſsio non interrumperet præſcriptionem.

Prout fallit etiam quando diƈta cõfeſsi o non fuit acceptata nec a iudice nec a parte: quia tali caſu aƈtus ſit qui ſit,non operatur c. cum ueniſſent,de eo qui mit.in poſſ.Felyn.in cap.gratum de off.deleg.Boer.deciſ.131.nume.6.Roman.conſi.clxvij.& dxix.Aret. conſi. xcvj. Corn. conſi.ccxxix.col.2.lib.2.& late Crauet.conſi.201.nume.5.

14 Infringitur † etiam præſumptio ſtatutaria per præſumptionem iuris & de iure,quia una præſumptio debilior tollitur per fortiorem. l.cum de indebito de prob. Soc. Iun. conſil. xxxvj.uolumi.2. Alexand.conſi.cxxiiij.uolumi.6. Dec.conſi.dcxix. & idem Socin. conſil. lxj.nume.45.& conſi.clix.nume.10. & conſi.

15 clxviij.nume.xxxvj.uolumi.1.Infringitur† ēt præſumptio huiuſmodi per rem iudicatam, per rei euidentiam & per uehementem opinionem per ea quæ not.Bald.in l.eum qui.C. de Epiſco.& Cler.in l.non nudis.C. de prob. & de rei euidentia Maran.in Traƈt.Iudiciario 6.par.in uerb.de concluſione nume.6.Vbi dicit quod probatio per rei euidentiam ſupe-

rat omne genus probationis ſecundum Bald. in l.contra negantem in fin.C.ad l.Aquil. & in l.ſi quis teſtibus in fin.C.de teſtibus. infringitur etiam per aliam præſumptionem ualde urgentem, quia præſumptio ualde urgens nõ admittit probationem in contrarium. Immo teſtes qui elidunt etiam huiuſmodi præſumptionem ſtatutariam, ut per Bald. conſil. 190.uolumi.2.& conſil.2.quidam Io.uolum. 3.& conſil.354.quæritur utrum eod. uolum. non admittuntur ad infringendam præſumptionem ualde urgentem, quia poteſt præſumi quòd deponant falſum ut not.Socin. Iun. conſil.85.nume.4.uolum.2.& Alexand. con
16 ſilio 99.uolumi. 3. Infringitur etiam † præumptio ſtatutaria & nihil operatur in claris & notorijs.l.continuus.§.cum ita de uerborum obligat.Soc.Iun.conſil.ccxvij. num. 22. uolumi.primo,& in tali caſu etiam præſumptio iuris & de iure eneruaretur; ut per Felyn. in ca.quanto nume.4.de præſumpt.qui mul-
17 ta coaceruat,& eſt ratio quia † ſublata probatione, nunquam intelligitur ſublata quæ eſt notoria & clara, ut not. Alexand. conſi.cxviij. uolum.4.& conſil.xxxix.numero 23. uolum. 6.Tiraquel.de Vtroque Retract.in 1.titul. in uerb.el 2.ſera receu pro rata.§.4.in gloſ.pri-
18 ma.Tollitur † etiam præſumptio ſtatutaria

quando

quando adeſſet alia probatio magis ſpecia-
lis.l.diuus.ff.de in integr.reſti.Soci.Iun.con-
ſi.128.nume.230.uolum. primo. Doct. in l.
cum de indebito. ff. de prob. Tollitur etiam
19 † iſta præſumptio quando admitteretur pro
batio in contrarium parte non opponente,
ut late per Alciat.de præſump.iur.& de iur.
in arg.2.par.in tract.de præſump.Alex.conſi
lio 77.uolum.2.& Innocen.in c.Fraternita-
tis de frig. & mal. & Felyn.in d. cap. quanto
nume.4.de præſumpt. Vbi dicit etiam quòd
huiuſmodi præſumptiones eliduntur per pro
bationem factam per indirectum per gloſ.in
clemen.prima in uerb.feciſſe de proba. idem
Felyn.in cap.10.nume.38.uerſi. ſecundus ca-
20 ſus de fid.inſtr.Vbi † dicit quod quando lex
uel ſtatutum non admittit probationem in
contrarium intelligitur de directo cõtraria,
non autem de illa per quam remanet eliſa in-
tentio aduerſarij per conſi.Ancha.ccclxv.mi
21 hi cclxx.Vbi dicitur † quod ſi extat ſtatutum
quòd bona adiudicata creditoribus Mercato
rum deficientium ſint poſt certum tempus
pleno iure ſua & non audiantur illa repeten-
tes ſi dicent bona non fuiſſe adiudicata defi-
22 cientibus,& tunc debent audiri; In illis † au-
tem caſibus in quibus præſumptio non elidi-
tur poteſt forſan peti reſtitutio in integr. ex
clauſula

clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa, quia compe-
tit aduerſus præſumptionem iuris & de iure
ut per Alciat. ubi ſupra numero 21. de mente Barto. Alexand. & aliorum in l. inter ſtipulantem §. 1. de uerbor. obl. plura de præſum. not. Alciat. in dicto ſuo tract. & Guid. Pap. in ſimili tracta. de præſum. & Fel. & ceteri in d.c. quanto extra eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Fides inſtrumentorum eſt de iure ciuili.*

2 *Statutum poteſt in ſua ciuitate illud quod ius commune.*

3 *Statutum poteſt derogare quibuslibet ſolemnitatibus & probationibus quæ ſunt de iure ciuili.*

4 *Statutum quòd ſententia non poſſit probari per teſtes ualet.*

5 *Statutum infringens facultatem proban. ad unum modum ualet nec contra illud datur recurſus ad Eccleſiam ratione denegatæ iuſtitiæ.*

Inſtrumenta autem & codices quarumcunque rationum. Gloſ. XXVII.

1 FIDES inſtrumentorū† &
aliarum ſcripturarum fuit
introducta de iure ciuili ut
not. Innocen. in c. cum P.
de fid.inſtru. Vbi dicit eſſe
contra ius naturale quòd
credatur pelli animalis mortui. hunc ſequi-
tur Soc.conſil. 2.nume.7.uolumi.3.ex quo
2 cum† ſtatutum poſsit in ſua ciuitate quod
ius ciuile commune ut not.omnes in l.omnes
populi.ff.de iuſt.& iur.& eius eſt tollere cu-
ius eſt cōdere per ea quæ no. Dec.in reg.eius
eſt nolle de regu.iur.ideo poteſt facere ſtatu
tum quòd quæcunque inſtrumenta uel aliæ
ſcripturę poſt lapſum certi temporis nō pro
3 bent,quia† ſtatutum poteſt derogare quibus
libet ſolemnitatibus & probationibus indu-
ctis de iure ciuili,ut iam dixi & not.Oldr con
ſi.105.Car.conſil.lxxij.& Par.conſi.lxviij.nu
4 mero 16.uolum.3.Hinc† uidemus etiam ua
lere ſtatutum prohibens ſententiam probari
per teſtes ut not.Alexan.conſi.xxvj. Viſo pro
ceſſu lib.5.Anton.Butr.Abb.& Felyn.in cap.
6.nume.6.de probat. dicit per multa, ſtatu-
tum ualere quòd operetur probationem alias
inualidam pro ualida admitti, quia poteſt fa
cere quòd credatur priuatæ ſcripturæ ac
ſi publica eſſet, not. Bald. in l. 2. C. de con-

ſtit.

ſtit. pecun.Iaſ.in l. ſi non ſpeciali nume.4.C. de teſta.

Matheſ. ſing.lj.not. quòd ubi dicit quòd conſuetudo poteſt inducere quòd probatio imperfecta habeat uim plenę probationis,& ibi in addit. multa allegantur. ſed ego credo quòd non poſsit nec ſtatutum nec conſuetudo facere quòd credatur omni ſcripture mercatorum, quia daretur materia delinquendi. Alex.conſi.30.nu.10.uol.2. & late Roland. conſi.3.nu.44.uolu.2.

